QUIBUS FONTIBUS
AELIUS ARISTIDES
USUS SIT
IN DECLAMATIONE, QUAE INSCRIBITUR
ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΣ.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA MONACENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

JACOBUS HAURY.

AUGUSTAE VINDELICORUM.

TYPOS CURAVIT INSTIT. LITER. HAAS & GRABHERR.

MDCCCLXXXVIII.

Aristides rhetor cum in declamationibus clarissimis et aequalium non minus quam posteriorum saeculorum assensu probatis, quales sunt *Παναθηναϊκός*, *Ὑπὲρ τῶν τεττάρων* oratio, *Λευκτρικοί*, aliae, non mediocrem rerum a Graecis gestarum scientiam prodat, eam scientiam unde hauserit, diligentius perquirere operae pretium esse videtur. Quam quaestionem cum de Panathenaico instituissem in eoque omne studium collocassem, sero in manus meas pervenit A. Haasii libellus, in quo expositum est, quibus fontibus Aelius Aristides usus sit in componenda declamatione, quae inscribitur: *Πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων* (Gryphiswaldiae 1884). In hac autem declamatione cum Aristides Miltiadem, Themistoclem, Cimonem, Periclem contra Platonem accusatorem defendat, fieri non potest quin multa narrentur, quae eadem redeunt in Panathenaico, quo Athenienses rhetor summis laudibus ornat. Inde partem eorum, quae mihi tractanda erant, ab Haasio occupatam videbam. Attamen non erat, cur ab incepto desisterem. Nam in aliis Haasius rem non absolvisse, in aliis non recte egisse mihi visus est. Qui neque Diodorum neque Iustinum ea qua par est diligentia adhibuit, cum quibus auctoribus Aristidem magis congruere quam cum Herodoto aut Thucydide aut alio ullo infra apparebit, utrumque autem Ephoro usum esse dudum compertum est (cf. Volquardsen: Untersuchungen über die Quellen der griechischen und sicilischen Geschichten bei Diodor XI—XVI. Kiel 1868. L. Holzapfel: Untersuchungen über die Darstellung der griechischen Geschichte von 489 bis 413 v. Chr. Leipzig 1879. G. F. Unger: Diodor's Quellen im XI. Buch, Philologus Band 40 p. 48 ss., Bd 41 p. 78 ss. Wolffgarten: De Ephori et Dinonis historiis a Trogo Pompeio expressis. Dissert. inaug. Bonnae 1868). Praeterea Haasius demonstrare studuit Aristidem usum esse Plutarcho. Quod num recte fecerit, dubito. Certe cum Aristides non multo post Plutarchum vixerit obque eam causam eosdem prioris aetatis habuerit auctores, accuratius disquirendum est, utrum Aristides ipso Plutarcho an eisdem fontibus quibus Plutarchus usus sit.

Iam quaerentibus nobis de auctoribus, quos in Panathenaico secutus sit Aristides, proficiscendum est ab antiquorum interpretum, si quae praesto sunt, testimoniis. Quo pertinet Sopatri locus (Dindorf, t. III p. 739):

τὰ κεφάλαια δὲ ἐν τῷ λόγῳ εἰσόμεθα. διεῖλε δὲ τὸν λόγον εἰς τέσσαρα, διότι ᾔδει αὐτοὺς ὡς ἐν πανηγύρει μὴ μέλλοντας τοῦ παντὸς ἀκούειν λόγου, πολλοῦ ὄντος. περιλαμβάνει δὲ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάσας τὰς ἱστορίας. ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λέγει τὰ πρότερα ὧν ἱστόρησεν Ἡρόδοτος · ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ τὰ Ἡροδότου· ἐν τῷ τρίτῳ τὰ Θουκυδίδου · ἐν τῷ τετάρτῳ ἅπερ εἶπεν ὁ Ξενοφῶν καὶ ὁ Θεόπομπος. εἰσὶ δὲ τὰ πρότερα ὧν ἱστόρησεν Ἡρόδοτος τὰ τοῦ Κελεοῦ καὶ τοῦ Ἐριχθονίου καὶ Τριπτολέμου καὶ τῶν Ἀμαζόνων καί τινα παλαιὰ πάνυ · ἔτι δὲ εἶπεν Ἡροδότου τὰ Περσικὰ · τὰ δὲ Θουκυδίδου τὰ Πελοποννησιακὰ · τὰ δὲ Ξενοφῶντος αἱ Ἑλληνικαὶ· τὰ δὲ Θεοπόμπου αἱ Φιλιππικαί.

Quamquam res iam haeret in prima parte; neque enim Aristides in Panathenaico*) quicquam tradit de Celeo et quae tradit de Persicis rebus, ea magnopere abhorrent ab Herodoto. Neque magis ex Thucydide belli Peloponnesiaci scriptore multa deprompsit Aristides, qui illud bellum vix attigit. Neque plura ex Xenophonte hausta esse infra demonstrabitur. Sed omnino statuendum est Sopatrum non fontes Aristidis indicare voluisse, sed tempora Panathenaico comprehensa eadem, de quibus egissent illi rerum scriptores.

Gravius est, quod idem tradit scholiasta (Dind. III. p. 742) Aristidem imitatum esse Isocratis Panathenaicum. Τὸν σοφιστὴν Ἰσοκράτην μιμούμενος. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἑαυτοῦ Παναθηναϊκὸν ἐπέγραψε τὸν λόγον, οὕτως Ἀριστείδης τὴν ἀρχὴν παρ᾽ ἐκείνου λαβὼν καὶ τὴν μεταχείρισιν καὶ αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν ὕλην καθαρώτερον ἐξείργασται τὴν ὑπόθεσιν.

Atque re vera orationibus Isocrateis, quibus idem argumentum tractatur, Panathenaico et Panegyrico usum esse Aristidem, multi loci demonstrant. Quamquam incautius agat, si quis dicat Aristidem omnes locos, quibus congruit cum Isocrate, ipsum ex eo sumpsisse: siquidem permulta ex Isocrate hausit Ephorus, Ephoro usum esse Aristidem mox apparebit: ut interdum non possit discerni, num Aristides ex ipso Isocrate an ex Ephoro sua sumpserit. Velut quae Aristides habet I, 229. Πρῶτον μέν γε τῷ πλήθει τῶν τριήρων οὕτω

---

*) In Eleusinia I p. 450 Cant. legimus de Celeo, Metanira etc.

λαμπρῶς ὑπερῆρεν ὥστε, εἴ τις χωρὶς ἀφέλοι τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα καὶ τὴν δύναμιν πρός γε τὸν συλλεχθέντα τοῦ ναυτικοῦ ἀριθμὸν, ἐξεῖναι τὰς μὲν τῆς πόλεως ναῦς νομίσαι τὰς ἁπάντων εἶναι, τὰς δὲ κοινὰς ἁπάντων μιᾶς τινος τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι πόλεως, et I, 234. *Εἴτε καὶ τὴν συντέλειαν δεῖ σκοπεῖν, δύο τοῦ παντὸς μέρη μόνοι πληροῦμεν, οὗτοι δ᾽ εἰκοστὸν τοῦ παρ᾽ ἡμῶν:* similia iam persecutus est Isocrates IV, 98 *πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες,* et XII, 50. *Σπαρτιᾶται μὲν ἄρχοντες Πελοποννησίων εἰς τὴν ναυμαχίαν τὴν ποιήσασαν τροπὴν ἅπαντος τοῦ πολέμου δέκα μόνον συνεβάλοντο τριήρεις, οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάστατοι γεγενημένοι καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες διὰ τὸ μὴ τετειχίσθαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον πλείους ναῦς παρέσχοντο καὶ μείζω δύναμιν ἐχούσας ἢ σύμπαντες οἱ συγκινδυνεύσαντες.* Sed eadem ex Isocrate repetiisse Ephorum Diodorus testis est XI, 55, 6. *πλείους τριήρεις αὐτῶν παρεσχημένων ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες παρέσχοντο.*

Componam autem nonnulla, quae similia leguntur apud Isocratem et Aristidem.

Isocr. IV, 74.
καίτοι μ᾽ οὐ λέληθεν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστερον ἐπελθόντα λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν.

Arist. I, 162.
ἔπειτ᾽ οὐδέ με τοῦτο λέληθεν ὡς ἐργώδης ὁ λόγος καὶ χαλεπός . . . . πρὸς δὲ τούτοις ἐφ᾽ ὅσοις ἔθνεσι τοῖς περὶ αὐτῶν εἰρηκόσι καὶ προκατειληφόσι τὰς ἀκοάς ἐπερχόμεθα κ. τ. λ.

Isocr. IV, 31.
αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται τῶν πόλεων ὑπόμνημα τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας ἀπαρχὰς τοῦ σίτου καθ᾽ ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ὡς ἡμᾶς ἀποπέμπουσι.

Arist. I, 182.
μνημεῖον δὲ καὶ σύμβολον τῆς θείας ἐκείνης πομπῆς καὶ τῆς εἰς ἅπαντας εὐεργεσίας αἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπαρχαὶ δεῦρ᾽ ἀφικνούμεναι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος τῶν σπερμάτων ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων.

Isocr. IV, 25.
μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει.

Arist. I, 176.
ἥδε νενίκηκεν εἶναι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει μήτηρ καὶ τροφὸς κοινή.

Eisdem et Aristidis et Isocratis locis disseritur aborigines esse Athenienses.

Isocr. IV, 55.
μὴ περιορᾶν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους γιγνομένους.

Isocr. IV, 99.
καίτοι μελλούσης στρατείας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔσεσθαι, τίνας χρὴ ἡγεμονίαν ἔχειν; οὐ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ μάλιστ᾽ εὐδοκιμήσαντας καὶ πολλάκις μὲν ἰδίᾳ προκινδυνεύσαντας;

Isocr. IX, 28.
χρὴ τοὺς εὐσεβεῖν βουλομένους ἀμύνεσθαι καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν.

Isocr. VII, 17.
παρ᾽ ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον.

Isocr. IV, 86.
ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν.

Isocr. XII, 106—107.
ἀλλὰ πάντας τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας διαρρήδην γράψαντες χρῆσθαι τοῦθ᾽ ὅτι ἂν αὐτὸς βούληται.

Isocr. V, 63.
ὥστ᾽ ἀφορμὴν οὐδεμίαν ἄλλην ἔχων πλὴν τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν . . .

Arist. I, 202.
ὡς γὰρ ἤκουσαν τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ δυστυχήσαντας ἀτάφους ἐρρίφθαι.

Arist. I, 236.
τῶν συνειλεγμένων δέον τινὰς ἡγεῖσθαι τοῦ πρὸς τὸν βάρβαρον πολέμου, οὐ τοὺς πρὸς τὸν πρότερον στόλον τῶν αὐτῶν τούτων βαρβάρων μόνους κινδυνεύσαντας ὑπὲρ πάντων, τούτους ἡγεῖσθαι ἔδει;

Arist. I, 261.
ἀλλὰ τῷ προτέρους ἄρχειν μὴ καλῶς ἔχειν ἡγεῖσθαι.

(cf. Diod. XIII, 30, 2. *δεινόν ἐστι μὴ προαδικηθέντας πόλεμον ἐπιφέρειν.*)

Arist. I, 275.
μόνοι γὰρ ἑκόντων ἦρξαν.

Arist. I, 283.
ὥσπερ . . . . ἐν δὲ τῷ Καρὶ καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι.

De pace Antalcidae Arist. I, 294 et pluribus verbis Arist. II, 96. *γέγραπται γὰρ ἐν αὐτῇ δή που τοὺς τὴν Ἀσίαν αὐτὴν οἰκοῦντας Ἕλληνας ὅτι ἂν βούληται βασιλεὺς ἐξεῖναι δρᾶσαι.*

De Conone Arist. I, 296 et disertius II, 373. *μήτε ὁ Κόνων ἀδυνάτων ἐρῶν ᾔσθετο, ὅτε οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἔχων πλὴν τοῦ σώματος ἔγνω τὰ τείχη πάλιν τῇ πόλει στῆσαι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνανεώσασθαι.*

(cf. Demosth. XX, 68. *στρατηγῶν βασιλεῖ παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους.*)

Isocr. IV, 95.	Arist. III, 283.
ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν.	*ἐκ παντὸς τρόπου σώζεσθαι*, infra: *μὴ ζητεῖν ἐκ παντὸς τρόπου σωθῆναι.*

Adde de Herculis liberis ab Atheniensibus adiutis Arist. I, 188; Isocr. IV, 54, 58, 62, 65; V, 33, 34. De Themistoclis virtute Arist. I, 234; Isocr. XII, 51.

De donis a Xerxe ante pugnam Salaminiam Atheniensibus oblatis Arist. I, 235; Isocr. IV, 94 De centum talentis post XXX viros expulsos ab Atheniensium civitate Lacedaemoniis redditis Arist. I, 289; Isocr. VII, 68. De Meliis et Scionaeis Arist. I, 304; Isocr. IV, 100, 110; XII, 63; 89; XV, 113.

Itaque in multis Aristidem consentire cum Isocrate vidimus; nonnulla alia, quae Aristides habet communia cum Isocrate, afferentur infra, cum eadem non solum apud Isocratem, sed etiam apud alios scriptores inveniantur. Attamen Aristides multo copiosius res ab Atheniensibus gestas exposuit quam Isocrates. Imprimis versatur in bellis Persicis describendis, eo potissimum, quod Xerxes suscepit. Quas res unde noverit, cum quaerimus, reputandum est eum rhetorem fuisse, non rerum scriptorem. Rhetoris autem interest quam elegantissime res exponere neque tamen multis scriptoribus inter se collatis discernere, quae vera, quae falsa sint. Itaque rectius censebimus Aristidem non multis operam dedisse historicis legendis, sed paucis (immo uni), qui ei viderentur aptissimi. Neque vero aptiorem eligere poterat quam Ephorum, auctorem facundissimum, Isocratis discipulum. Certe res consilio suo aptas fere omnes apud Ephorum potuit invenire.

Atque Aristidem usum esse Ephoro ex uno quidem scholiastae loco certo intellegimus. Narrat enim Arist. I, 310 Dionysium (maiorem) Siciliae tyrannum multis Italiae urbibus captis consilium cepisse in Graeciam bellis debilitatam invadere, quod ut suscipere posset, iam multis annis ante Graecos vicinos eblanditum regem Persarum ad suum consilium allexisse; naves, quas contra Athenienses miserit, ab Iphicrate cum militibus captas esse, eodem tempore Lacedaemonios a Timotheo victos esse ad Leucadem. Ubi adnotat scholiasta t. III, 294: *λέγει τοῦ δευτέρου Διονυσίου· οὗτος γὰρ ἦλθε βουλόμενος μὲν τῷ σχήματι Λακεδαιμονίοις βοηθῆσαι κατὰ Ἀθηναίων, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Πέρσου μερίσασθαι*

ἐκείνου δηλώσαντος αὐτῷ, ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ. Ad ea Marxius, Ephori fragm. (Carlsr. 1815) p. 250: »insignis observatio, nec aliunde quod sciam ex editis scriptoribus petenda, quamvis et Xenophon Hell. VI, 2, 13 et Diod. XV, 47 illud ab Iphicrate factum multis perscripsissent«.

Quamquam erravit scholiasta adnotans Dionysium minorem dici ab Aristide. Nam illas naves captas esse anno 373 legimus apud Xenophontem Hell. VI, 2, 35 et apud Diodorum XV, 47; pugnam ad Leucadem commissam esse tradit Diod. XV, 36; Dionysii maioris mortem commemorat Xenophon Hell. VII, 4, 12, Diodorus XV, 73, 5.

Nec quisquam mirabitur, quod Aristides diserte mentionem Ephori non fecit. Cuius nomen semel tantum apud Aristidem citatur, ubi reprehenditur eius de Nilo sententia, in declamatione Aegyptia. Quae reprehensio num iusta sit, nunc non quaero: certe Aristidis aetate Aegyptus notior fuit quam Ephori obque eam rem Aristidi, qui praesertim ipse in Aegypto fuisset, facile erat demonstrare erravisse Ephorum.

Cum Ephori opus perierit, quae Aristides sumpserit ex Ephoro, ea comparandis Diodoro, Iustino, Cornelio investigandum erit. Hi enim auctores cum Ephoro usi sint, quae Aristides communia habet cum Diodoro aut cum Iustino, ea ex Ephoro putabimus sumpta esse. Idemque valet de eis, in quibus Aristides congruit cum Plutarcho: in eis enim plerumque non abhorret a Diodoro, si quidem apud Diodorum comparent. Nonnullis autem locis cum Aristides magis consentiat cum Diodoro quam cum Plutarcho: inde probatur Aristidem non Plutarcho, sed eodem fonte quo Plutarchum, Ephoro dico, usum esse. Quae quidem iam per singula persequar.

Aristidis locum I, 207 *τριῶν γὰρ ἐθνῶν τῶν μεγίστων ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπιθεμένων τῇ πόλει, τὸ μὲν αὐτῷ φυγῆς τιμῆσαν ἀπῆλθε, τὸ Δωρικόν, Βοιωτοὶ δέ χερσὶν ἡττῶντο, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Εὐβοεῖς ἐν Εὐβοίᾳ* Haasius p. 21 censet sumptum esse ex Herodoto V, 77; congruit tamen etiam cum Diodori narratione (X, 24), qui hausit ex Ephoro; a quo amplificatum esse Herodotum, demonstravit Bauerius in Fleckeiseni Annalibus Suppl. X, H. 2, p. 279 ss.*)

---

*) cf. Karl Endemann, »Beiträge zur Kritik des Ephoros, Dissert. inaug. Marb. 1881«, p 16: Fassen wir das Resultat unserer bisherigen Untersuchungen kurz zusammen: Ephoros lehnte sich auf das engste an die Werke seiner Vorgänger Herodot und Thucydides an. Seine Zuthaten beruhen zum grössten Teil entweder auf Quellen der zweifelhaftesten Art oder auf seiner eigenen Combination u. s. w.

Quamobrem hic quoque non tam ipso Herodoto usus esse videtur Aristides quam Ephoro.

Cum eorum, quae de priore bello Persico Diodorus habuit, non extent nisi fragmenta, Iustini quoque iusto brevior sit narratio, pauca tantum proferri possunt, quae ad Ephorum spectare videantur. Certe Theopompo, pugnae Marathoniae obtrectatore, uti Aristides non potuit. (cf. frg. 167. ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην οὐχ ἅμα πάντες ὑμνοῦσι γεγενημένην.)

Atque satis inter se congruunt haec de Dario dicta:

Diod. X, 19, 5.

τὰς γὰρ τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας ἀπλήστους ἔχων καὶ τῷ μεγέθει τῆς Περσικῆς δυνάμεως πεποιθὼς περιελάμβανε τὴν οἰκουμένην, αἰσχρὸν εἶναι νομίζων τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας, καταδεεστέρους ἀφορμὰς κτησαμένους, τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν καταπεπολεμηκέναι, αὐτὸν δέ, τηλικαύτας ἔχοντα δυνάμεις ἡλίκας οὐδεὶς τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔσχε, μηδεμίαν ἀξιόλογον πρᾶξιν κατειργάσθαι.

Arist. I, 209.

ἐπιθυμία καὶ πόθος αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν ἐνδόξῳ προσθήκῃ τῇ τοῦ Ἑλληνικοῦ . . . . τοῦτο δ' οὐ παντάπασιν ἀνέλπιστον ἦν αὐτῷ, διὰ πλῆθος τῶν ἤδη δεδουλωμένων ἐθνῶν . . . .

Praeterea conferenda sunt, quae in oratione pro quattuorviris referuntur de psephismate a Miltiade ante pugnam Marathoniam lato, III, 271. ἐξαρκεῖν ἂν ἔμοιγε δοκεῖ τὸ ψήφισμα. Haasius p. 51 putat Aristidem hic ex Demosthene (de f. leg. 303) hausisse. Ex verbis tamen Iustini II, 9, 10 *Miltiades dux belli erat et auctor non exspectandi auxilii* et Cornelii Nepotis Milt. 5, 2 *eius auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt* conicias tale quid scriptum fuisse apud Ephorum, fontem et Iustini et Cornelii Nepotis, unde putari posset a Miltiade psephisma latum esse. Quibus verbis illud perscriptum fuerit, neque apud Aristidem neque apud Demosthenem legimus. Quod scribunt scholiastae ad Dem. (XIX, 303) ἐπιόντων τῶν Μήδων ἐξ ἀρχῆς καὶ ὁ Μιλτιάδης δραμεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὸν Μαραθῶνα ἐψηφίσατο καὶ μὴ ἀναμένειν ἕως συλλεγῶσιν οἱ συμμαχήσοντες et ad Arist. (Dind. III, 542) ἐπιόντων γὰρ τῶν Περσῶν ἔγραψε μὴ περιμεῖναι τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ καταλεῖψαι τὴν πόλιν τῇ θεῷ, πρεσβύτας δὲ καὶ γυναῖκας φυλάττειν τὰ τείχη, τὴν δὲ νεότητα

πᾶσαν ἐπὶ Μαραθῶνα δραμεῖν), facile potuerunt ipsi componere non usi ullo certo fonte. Praeterea consentiunt:

Isocr. IV, 86.	Arist. III, 289.
ἀποβάντων γὰρ αὐτῶν εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ μὲν οὐ περιέμειναν τοὺς συμμάχους, ἀλλὰ τὸν κοινὸν πόλεμον ἴδιον ποιησάμενοι πρὸς τοὺς ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος καταφρονήσαντας ἀπήντων τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες.	ἀλλ᾽ ὁ Μιλτιάδης οὐκ ἀνέμεινε τοὺς Λακεδαιμονίους τότ᾽ . . . . οὐδ᾽ ἐκοίνωσε τὸ ἔργον, ἀλλὰ τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως ἔχων . . . . τὸν μὲν κίνδυνον αὑτοῦ, τὴν δ᾽ ὠφέλειαν κοινὴν ἐποιήσατο ἁπάντων . . .
Iustin. II, 9, 10. *quem* (Miltiadem) *tanta fiducia ceperat, ut plus praesidii in celeritate quam in sociis duceret.*	III, 287. δείξας, ὃ σὺ χρησμῳδεῖς, οὐκ ἐν ἄλλοις εἰκὸς ἔχων τὰς ἐλπίδας.

De pugna Marathonia Aristides I, 216 καὶ τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔδωκαν ἰδεῖν ὅτι ἐστὶ τὰ γιγνόμενα, ἀλλ᾽ ἅμα τε τάξεις ἐρρώγεσαν καὶ ἄνδρες ἐκτείνοντο καὶ ἵπποι συνελαμβάνοντο καὶ νῆες εἵλκοντο καὶ χρήματα ἤγετο καὶ χορεία Πανὸς ἦν τὰ ποιούμενα idem narrat, quod Iustinus II, 9, 10 *magna igitur in pugnam euntibus animorum alacritas fuit, adeo ut, cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactum sagittarum ad hostem venerint. Nec audaciae eius eventus defuit; pugnatum est enim tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares.*

Ceterum Haasius (p. 6 ss.) recte vidit Aristidem nonnullis locis ad verbum congruere cum Platonis Menexeno. Neque dubium est, quin Aristides Platonis libros identidem legerit et penitus noverit. Quae igitur Haasius p. 3—6 profert, ea Aristides ex memoria perscribere potuit. Sed cum adhuc viri docti non satis consentiant, quis composuerit Menexenum, certo statui non potest, num Aristides ipsum adhibuerit Menexenum, an ille, qui composuit Menexenum et ipse usus sit Ephoro, an denique iam Ephorus hauserit ex Menexeno. Ego satis habeo duobus exemplis ostendere Menexenum congruere et cum Diodoro i. e. Ephoro et cum Aristide. (cf. Haasius, p. 9.)

Arist. I, 274.	Diod. XIII, 24, 3.	Plato Men. 242, D.
ἡγουμένη πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους δεῖν πολεμεῖν ἄχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας ἁπλῶς μέχρι τοῦ κρείττονος.	δεῖ γὰρ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἔχθραν εἶναι μέχρι τῆς νίκης, καὶ κολάζειν μέχρι τοῦ κρατῆσαι τῶν ἐναντίων.	ἡγούμενοι πρὸς μὲν τὸ ὁμόφυλον μέχρι νίκης δεῖν πολεμεῖν.

Arist. I, 314.	Diod. XI, 80.	Plato Men. 242, B.
οὐ κατὰ τὴν ἐν Τανάγρᾳ μάχην. τὴν ἀμφισβητήσιμον.	*τέλος δὲ τῆς μάχης ἀμφιδόξου λαβούσης τὸ τέλος, συνέβη τούς τε Λακεδαιμονίους ἀμφισβητῆσαι περὶ τῆς νίκης καὶ τοὺς Ἀθηναίους.*	*ἀμφισβητησίμου δὲ τῆς μάχης γενομένης.*

De Xerxis expeditione haec Haasius profert p. 25: Quae de Xerxis in Graeciam expeditione tradit, fere omnia ex Herodoto deprompta sunt«. Ego vero demonstrabo fere omnia ex Ephoro deprompta esse, qui Herodoto usus est. Velut, quae de apparatu Xerxis in oratione de quattuorviris leguntur III, 296.

ἡτοιμάζετο δὲ ἐκ πάσης γῆς καὶ θαλάττης πάντα, ea Haasius (p. 26) et Bauerius (Themistocles, Studien und Beiträge zur griech. Historiographie und Quellenkunde, Merseburg 1881, (p. 146) censent mutata structura petita esse ex Herodoto VII, 1. *καὶ αὐτίκα μὲν ἐπηγγέλλετο πέμπων ἀγγέλους κατὰ πόλις ἑτοιμάζειν στρατιήν*: sed iam apud Diodorum-Ephorum XI, 2, 3 legimus: *ὡς δ' αὐτῷ πάντα τὰ πρὸς τὴν στρατείαν ἡτοίμαστο.*

Apparet igitur iam Ephorum Herodoti verba in usum suum vertisse paulisper mutata.

Porro quod Aristides narrat flumina perennia defecisse I, 223 *οἱ δ' ἀένναοι ποταμοὶ τῶν χειμάρρων οὐδὲν ἀλλοιότερον διετέθησαν . . . οὕτως ὑπὸ Ξέρξῃ πάντα ἐπέλιπεν*: ea non ex locis Herodoti, quos attulit Haasius (p. 26) conquisita sunt, sed deprompta ex Ephoro: cf. Diod. XI, 5. *φασὶ γὰρ τοὺς ἀενναόυς ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνέχειαν ἐπιλιπεῖν.* De Themistoclis prudentia, quae similiter tradunt auctores:

Arist. III, 309.	Plut. Them. 3.	Iustin. II, 12, 12
(Θεμιστοκλῆς) νομίζων τὴν Μαραθῶνι μάχην ὥσπερεὶ προοίμιον γεγενῆσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, εἶναι δ' οὐ πέρας τοῦ πολέμου τοῦ παντὸς οὐδὲ τελευτὴν, ἀλλ' ἀρχὴν μᾶλλον καὶ παρασκευὴν ἑτέρων ἀγώνων μειζόνων . . . . καὶ αἱ τριήρεις ἐποιήθησαν.	*οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πέρας ᾤοντο τοῦ πολέμου τὴν ἐν Μαραθῶνι τῶν βαρβάρων ἧτταν εἶναι, Θεμιστοκλῆς δὲ ἀρχὴν μειζόνων ἀγώνων.*	*Athenienses praemonente Themistocle victoriam illam de Persis non finem, sed causam maioris belli fore, ducentas naves fabricaverunt.*

Eos locos si accurate inspicimus, invenimus Aristidem fere magis congruere cum Iustino quam cum Plutarcho (*οὐ πέρας τοῦ πολέμου, ἀλλ' ἀρχὴν* Aristides, *non finem, sed causam maioris belli*

Iustinus, cum Plutarchus dicat: *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πέρας ᾤοντο, Θεμιστοκλῆς δὲ ἀρχήν).* Itaque non Plutarchum Aristides, sed Aristides et Iustinus pariter atque Plutarchus secuti sunt Ephorum.

De legatis Persarum in Graeciam missis duplex est narratio. Nam de Athenarum urbe Herodotus VII, 133 tradit:

ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε Ξέρξης ἐπὶ γῆς αἴτησιν κήρυκας τῶνδε εἵνεκεν· πρότερον Δαρείου πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο οἱ μὲν αὐτῶν τοὺς αἰτέοντας ἐς τὸ βάραθρον, οἱ δ' ἐς φρέαρ ἐσβαλόντες ἐκέλευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τούτων φέρειν παρὰ βασιλέα. τούτων μὲν εἵνεκεν οὐκ ἔπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσοντας. cf. VII, 32. Contra Diodorus scribit XI, 2, 3: *κήρυκας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα προστάξας εἰς πάσας τὰς πόλεις ἰέναι καὶ τοὺς Ἕλληνας αἰτεῖν ὕδωρ καὶ γῆν.* Itaque nemo non intellegit non Herodoto, sed Ephoro usum esse Aristidem, apud quem legimus I, 224 et 225: *οὐδ' ἦν Ξέρξην μᾶλλον θαυμάσαι τῆς ὑπερηφανίας ἢ τὴν πόλιν τοῦ μηδὲν τοῦ ἐκείνου θαυμάσαι .... πρῶτον .... ἀπέσχε τοῦ πτοηθῆναι πρὸς τὰς τῶν ἀτόπων ἐκείνων φόβων ἐπαγωγὰς, ὥστ' οὐκ ἐδεήθη ψηφίσματος πρὸς ταῦτα ἔτι, ἀλλ' ὥσπερ ἑνὸς κοινοῦ νενικηκότος τοῦ κατὰ Δαρεῖον, μηδένα ἀκούειν βαρβάρων, πρὶν ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, ἀφανίζει τοὺς ἀγγέλους αὐτῇ σκευῇ καὶ ποικίλμασι.*

Idem ex comparatione Diodori efficitur alio loco:

Diod. XI, 3, 2.	Arist. I, 313.
οἱ δ' ἐν Ἰσθμῷ συνεδρεύοντες τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο τοὺς μὲν ἐθελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένους τὰ Περσῶν δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι	*γενομένων γὰρ αὐτοῖς συνθηκῶν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐὰν κρατήσωσι τῶν βαρβάρων, ἀνελεῖν τοὺς μηδίσαντας, ἐπειδὴ παρῆλθον οἱ κίνδυνοι, τῆς ἔχθρας ἐπελάθοντο. καὶ Λακεδαιμονίους ὡρμημένους ποιεῖν τὰ δεδογμένα διεκώλυσαν, ὁρῶντες τῶν πόλεων τὸ πλῆθος, αἷς ἔμελλεν ἡ Ἑλλὰς ἐλάττων γενήσεσθαι.*

De eadem re legimus apud Herodotum VII, 132:

ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἕλληνες ἔταμον ὅρκιον οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι. τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε· Ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἕλληνες ἐόντες μὴ ἀναγκασθέντες καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. Herodoti verba: *καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων* videtur Ephorus mutasse in: *ἐπὰν κρατήσωσι τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων;* ex Ephoro

sumpsit Diodorus verba: *ἐὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι*, Aristides verba: *(ἐὰν) κρατήσωσι τῶν βαρβάρων*. Certe Ephorum habuisse verba illa: *ἐὰν κρατήσωσι τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων*, ex Polybio credo colligendum esse, qui scribit IX, 39: *οἵ γε Θηβαίους*) τοὺς κατ' ἀνάγκην ἡσυχίαν ἄγειν βουλευσαμένους μόνους τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὴν τῶν Περσῶν ἔφοδον ἐψηφίσαντο δεκατεύσειν τοῖς θεοῖς, κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων.* Polybium enim penitus cognovisse Ephorum ex nonnullis eius locis intellegimus. Similis locus apud Aristidem extat III, 361. Ubi Haasius p. 45 censet, Aristidem falso transscripsisse Plutarchi verba (Them. 20): *ἐν δὲ τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συνεδρίοις τῶν Λακεδαιμονίων εἰσηγουμένων, ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις, φοβηθεὶς, μὴ Θετταλοὺς καὶ Ἀργείους, ἔτι δὲ Θηβαίους ἐκβαλόντες τοῦ συνεδρίου παντελῶς ἐπικρατήσωσι τῶν ψήφων καὶ γένηται τὸ δοκοῦν ἐκείνοις, συνεῖπε ταῖς πόλεσι καὶ μετέθηκε τὰς γνώμας τῶν πυλαγόρων, διδάξας, ὡς τριάκοντα καὶ μία μόναι πόλεις εἰσὶν αἱ μετασχοῦσαι τοῦ πολέμου, καὶ τούτων αἱ πλείους παντάπασι μικραί· δεινὸν οὖν, εἰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐκσπόνδου γενομένης ἐπὶ ταῖς μεγίσταις δυσὶν ἢ τρισὶ πόλεσιν ἔσται τὸ συνέδριον.* Falso enim Aristidem dicere *πλέον γὰρ ἢ τριάκοντα πόλεις ἔδει τῇ συμφορᾷ ταύτῃ περιπεσεῖν* cum Plutarchus habeat: *διδάξας ὡς τριάκοντα καὶ μία μόναι πόλεις εἰσὶν αἱ μετασχοῦσαι τοῦ πολέμου καὶ τούτων αἱ πλείους παντάπασι μικραί.* Verum Aristides etsi ex parte iisdem verbis usus (cf. Aristidis verba: *Λακεδαιμονίων ἐθελόντων ἐκσπόνδους τὰς πόλεις ποιεῖν* et Plutarchi: *τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐκσπόνδου γενομένης)* tamen in ipsa re non consentit cum Plutarcho. Apud Plutarchum enim non agitur de iure iurando illo, quo Graeci foederati sese obligarunt supplicium se sumpturos de iis, qui a Persarum partibus stetissent, sed de novo Lacedaemoniorum consilio civitates eas, qui belli participes non fuissent, ab amphictyonia arcendi *(ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις).* Aristides igitur Plutarcho non usus est, videtur potius eundem scriptorem adhibuisse, ex quo hausit illud psephisma I, 313, quem Ephorum fuisse vidimus. Ex hoc autem puto eum etiam numerum civitatium illarum triginta et unius petisse, quae contra Persas foedus inissent eumque numerum perperam transtulisse ad eas civitates, quas Persarum foedus amplexas esse dicit.

---

*) Cum Diodoro conspirat Polybius, nisi quod dicit id in solos Thebanos constitutum fuisse.

Certe quae civitates cum rege fecissent, Ephorus tradidit. Legimus enim apud Diodorum XI, 3 *Χρήσιμον δὲ διορίσαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς τὰ τῶν βαρβάρων ἑλομένους, ἵνα τυγχάνοντες ὀνείδους ἀποτρέπωσι ταῖς βλασφημίαις τοὺς προδότας γενομένους τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. Αἰνιᾶνες μὲν οὖν καὶ Δόλοπες καὶ Μηλιεῖς καὶ Περραιβοὶ καὶ Μάγνητες μετὰ τῶν βαρβάρων ἐτάχθησαν ἔτι παρούσης τῆς ἐν τοῖς Τέμπεσι φυλακῆς· Ἀχαιοὶ δὲ Φθιῶται καὶ Λοκροὶ καὶ Θετταλοὶ καὶ Βοιωτοὶ οἱ πλείους τούτων ἀπελθόντων ἀπέκλιναν πρὸς τοὺς βαρβάρους.* Eundem igitur etiam sociorum Graecorum triginta et unius numerum protulisse facile suspicamur. Hoc enim credere malo quam Aristidem alterius alicuius scriptoris locum, qui triginta et uni oppidis, quae contra regem pugnabant, opposuisset multo plura oppida, quae regem sequebantur, memoria tenentem illud perscripsisse.

De psephismate Themistoclis notissimo haec comparanda sunt:

Arist. I, 241.

ψήφισμα ποιοῦνται τὴν μὲν πόλιν ἐπιτρέψαι τῇ πολιούχῳ θεῷ, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα παρακαταθέσθαι.

Plut. Them. 10.

ψήφισμα γράφει τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνᾷ, τῇ Ἀθηνάων μεδεούσῃ, δ' ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν.

Arist. III, 316,

γράφει τὸ ψήφισμα τοῦτο, τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι Ἀθηνᾷ, Ἀθηνῶν μεδεούσῃ· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα, . . . τοὺς δ' ἄλλους ἐμβάντας εἰς τὰς τριήρεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι.

Haasius (p. 42) opinatur Plutarchum solum Aristidis fontem fuisse, sed cum psephisma apud Aristidem habeat: *τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα ὑπεκθέσθαι*, Salaminem ex suo ingenio addidisse Aristidem. Iam quaerendum, unde Aristides sumpserit *παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι*; quod Haasius prorsus silentio praetermisit, quamquam ea verba bis (I, 241 et III, 316) apud Aristidem leguntur, cum Plutarchus habeat *παῖδας καὶ γυναῖκας σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν*, quae hausit ex Herodoto VIII, 41. Porro afferam locum Ciceronis, de offic. III, 11.

Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere statuerentque, ut urbe relicta coniugibus et liberis Troezene depositis naves conscenderent. — Inde, ni fallor, confirmatur apud aliquem vetustioris aetatis scriptorem in psephismate lectum neque Aristi-

dem de suo addidisse *παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι.* Eo autem scriptore et Aristides usus est et in multis Plutarchus, denique etiam Cicero. Quem statuendum puto fuisse Ephorum.

Arist. I, 241.

συμβάντος γὰρ τοῦ περὶ τὰς Πύλας πάθους καὶ τῆς Ἑλλάδος λαμπρῶς καὶ σφαλερῶς ἀνοιχθείσης κτλ.

Haec Haasius (p. 41) dicit ex Plutarcho, Bauerius (p. 146) ex Herodoto deprompta esse. Ex verbis Diodori (XI, 12, 1 *Ξέρξης γὰρ τῶν παρόδων τὸν εἰρημένον τρόπον κρατήσας . . . ἐπεὶ δὲ πεζῇ παρόδων ἐκυρίευσε*) et Plutarchi (Them. 9 *πυθόμενοι Λεωνίδαν τε κεῖσθαι καὶ κρατεῖν Ξέρξην τῶν κατὰ γῆν παρόδων*) intellegitur Plutarchum ipsum hic usum esse Ephoro eodemque Aristidem.

Quod de Ionibus a Themistocle sollicitatis habet Arist. I, 244 *ὥστ' ἐν τοῖς πολεμίοις φιλίων καὶ τῶν συνευξομένων εὐπορῆσαι — λέγω δὲ τὴν περὶ τοὺς Ἴωνας πρᾶξιν —*, id neque ex Herodoto neque ex Plutarcho fluxit. Herodotus (VIII, 22) tradit quidem, quid Themistocles saxis inscribi iusserit, sed idem VIII, 85 refert: *ἠθελοκάκεον μέντοι αὐτῶν κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς ὀλίγοι, οἱ δὲ πλεῦνες οὔ.* Praeterea Mardonius in oratione apud Xerxem habita (Her. VIII, 100 *εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Κύπριοί τε καὶ Κίλικες κακοὶ ἐγένοντο*) Ionum mentionem non facit inter eos, qui male egerunt. Similiter atque Herodotus Plutarchus de illo dolo narrat (Them. 9) neque tamen, quid Themistocles eo effecerit, memoriae prodit. Verum apud Diodorum XI, 17, 3 invenimus duces Ionum ante pugnam Samium quendam misisse Graecos certiores facturum, quid rex Persarum statuisset, quomodo aciem instruxisset, postremo Iones consilium cepisse a barbaris deficere inter pugnam: deinde idem scriptor (XI, 27) exponit fidem Ionum post pugnam Salaminiam fuisse suspectam: *αὗται μὲν οὖν ὡς ἀλλότρια φρονούντων τῶν Ἰώνων παρεσφάλαι τὸν τὰς πόλεις.* Denique huc accedit testimonium Iustini II, 12, 25: *Iones iuxta praeceptum Themistoclis pugnae se paulatim subtrahere coeperunt: quorum defectio animos ceterorum fregit.* Itaque etiam hoc loco Ephorum auctorem agnoscimus. Idem efficitur in re simili in pugnae Salaminiae descriptione.

Plut. Them. 14.	Arist. I, 234.
δοκεῖ δ' οὐχ ἧττον εὖ τὸν καιρὸν ὁ Θεμιστοκλῆς ἢ τὸν τόπον συν-	*ὃς (Θεμιστοκλῆς) μόνος καὶ τόπους καὶ καιροὺς καὶ τὰ τῶν βαρβάρων*

ιδὼν καὶ φυλάξας μὴ πρότερον ἀντιπρῴρους καταστῆσαι ταῖς βαρβαρικαῖς τὰς τριήρεις, ἢ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν παραγενέσθαι, τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐκ πελάγους ἀεὶ καὶ κῦμα διὰ τῶν στενῶν κατάγουσαν.

ἀπόρρητα καὶ τὰ μέλλοντα ὥσπερ μάντις ἐξηγεῖτο.

Arist. III, 349.

λέγουσι δέ τινες καὶ τέταρτον ὑπὲρ Θεμιστοκλέους ὡς πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸν καιρὸν ἐξεῦρε, στησάμενος τὴν ναυμαχίαν κατιόντος τοῦ πνεύματος.

Haasius (pag. 44) putat hic fontem Plutarchum fuisse. Nec dissentit Bauerius p. 150: Aus Plutarch entnommen erweist sich ferner die Angabe, Themistokles habe bei Salamis, wie Einige berichten, in feiner Weise die Gunst der Umstände benützt. Dass diese Nachricht bei Herodot nicht vorkommt, hat schon der Scholiast zu Aristides bemerkt; woher Plutarch sie hat, der sonst die Vorteile der Stellung der griechischen Schiffe gegenüber den Persern nach der Rede des Themistokles bei Herodot VIII, 60 ausführt, ist nicht zu sagen.

Sed quibus verbis Plutarchus exponit, quid maxime effecerit Themistocles locorum et temporum opportunitate captata: Them. 14. *ὃ τὰς μὲν . . . ἔσφαλλε προσπῖπτον καὶ παρεδίδου π λ α γ ί α ς τοῖς Ἕλλησιν ὀ ξ έ ω ς προσφερομένοις* ea si comparamus cum Diodori brevi descriptione XI, 18, 6 *τῆς δὲ εἰρεσίας οὐχ ὑπηρετούσης πολλαὶ τῶν Περσῶν τριήρεις π λ ά γ ι α ι γ ι ν ό μ ε ν α ι ταῖς ἐμβολαῖς π υ κ ν ῶ ς κατετιτρώσκοντο*, neminem dubitare puto, quin Plutarchus eodem fonte, quo Diodorus usus sit.

Arist. I, 245.

τρεῖς τόπους οἱ βάρβαροι κατέλαβον τὸ κατ᾽ ἀρχάς, τὴν ἤπειρον, τὴν θάλατταν, τὴν πρὸ τῆς Σαλαμῖνος νῆσον, ὅπως ἀκριβέστερον ἢ δικτύῳ συγκλείοιντο οἱ Ἕλληνες· δοκεῖ γὰρ εἶναι μεγάλη συμφορὰ καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν Μηδικόν, εἴ τις τῶν ἀνταίρειν τῷ βασιλεῖ τολμησάντων διαφεύξεται. κατὰ οὖν τοὺς ἐκπίπτοντας ἐκ τῆς ναυμαχίας ἐτάχθη τὰ κύρια τῆς στρατιᾶς, ἄνδρες Περσῶν οἱ πρῶτοι.

Consentiunt inter se Diodorus et Plutarchus eodem fonte usi:

Plut. Them. 12.

καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε . . . διακοσίαις δ᾽ ἀναχθέντας ἤδη περιβαλέσθαι τὸν πόρον ἐν κύκλῳ πάντα καὶ διαζῶσαι τὰς νήσους, ὅπως ἐκφύγοι μηδεὶς τῶν πολεμίων.

Diod. XI, 17, 2.

εὐθὺς οὖν τὸ τῶν Αἰγυπτίων ναυτικὸν ἐξέπεμψε, προστάξας ἐμφράττειν τὸν μεταξὺ πόρον τῆς τε Σαλαμῖνος καὶ τῆς Μεγαρίδος χώρας.

Herodotus scribit VIII, 76:
τοῦτο μὲν εἰς τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν... Verba: *ὅπως ἀκριβέστερον ἢ δικτύῳ συγκλείοιντο οἱ Ἕλληνες* Haasius (p. 29) putat Aristidem sumpsisse ex Herodoto VIII, 76; sed cum Aristides magis consentiat cum Plutarcho, quem eundem Ephoro usum esse comparato Diodoro efficitur, illud quoque credo Aristidem hausisse ex Ephoro, qui secutus esset Herodotum.

Quae in Aristide Atheniensi laudat declamator, ex Ephoro ipsa quoque sumpta esse probatur verbis I, 246: *καὶ λαβὼν τοὺς ὄντας αὐτῶν ἐν Σαλαμῖνι τοὺς πρεσβύτας.* Herod. VIII, 76 et 95 scribit: *πολλοὺς τῶν ὁπλιτῶν*, Plut. Arist. 9: *τοὺς προθυμοτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν.* Aristides autem eodem hic quoque fonte usus est, ex quo illud psephisma Themistoclis I, 241 et III, 316 deprompsit: ubi dictum erat senes Salamine depositos fuisse. De Xerxe spectatore pugnae similia habes auctorum testimonia:

Diod. XI, 18, 3.
αὐτὸς δ᾽ εἰς τὸν ἐναντίον τόπον τῆς Σαλαμῖνος παρῆλθεν, ἐξ οὗ θεωρεῖν ἦν τὴν ναυμαχίαν γινομένην.

Arist. I, 246.
Ξέρξης δὲ καθῆστο μὲν ἐπὶ τῆς ἠπείρου, ὥσπερ ἄλλον τινα ἀγῶνα ποιῶν.

Plut. Them. 13.
ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο — deinde laudat Phanodemum et Acestodorum.

Iustin. II, 12, 22.
rex veluti spectator pugnae cum parte navium in litore remanet.

Plut. Them. 16 *οὐκέτι καθήμενος ὑπὸ σκιάδι χρυσῇ θεάσεται τὴν μάχην.*

Quae ad unum eundemque auctorem redire videntur.

Arist. I, 246.
ἐκπλαγεὶς καὶ νομίσας θαυματοποιὸν εἶναι τὴν πόλιν παλινῳδίαν ᾖδε καὶ μεταστρέψας ᾔει τὴν αὐτήν, οὐ μετὰ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, ἐν ἤδη τοῦτ᾽ ἀγώνισμα ποιούμενος τὴν σχεδίαν καταλαβεῖν. Haec Haasius (p. 29) credit ex Herodoto transscripta esse, quod pontem in Hellesponto factum Aristides *τὴν σχεδίαν*, Herodotus *τὰς σχεδίας* nominaverit. Sed etiam apud Ephorum frg. 76 idem invenitur: *καλεῖ δὲ καὶ Χοιρίλον εἰπόντα ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας, ἣν ἔζευξε Δαρεῖος:* poterat igitur de eo ponte, quem Xerxes iunxit, eodem forma uti.

In Xerxis consilio describendo Diodorus, Plutarchus, Iustinus unum fontem secuti sunt:

Plut. Them. 16.	Diod. XI, 19, 6.
ὁ βασιλεὺς ἀκούσας καὶ γενόμενος περίφοβος. cf. Plut. Arist. 10.	διόπερ ὁ βασιλεὺς πιστεύσας τοῖς λόγοις . . . περίφοβος ἐγένετο.

Iustin. II, 13, 8 *ille perculsus nuntio.*

Quae igitur Aristides hic similia habet cum Diodoro aut Plutarcho aut Iustino, ea ad Ephorum referenda sunt.

Iustin. II, 13, 7.	Arist. III, 320, 6.
et occupare transitum maturata fuga iubet.	καὶ προσέτι γε φεύγειν εἰπὼν . . . καὶ φεύγειν προστάττοντος ἐπείθετο.

Bauerius igitur cum dicit p. 160: Die erwähnte Ausdeutung des Meritorischen der zweiten Sendung des Themistokles ist gerade so viel werth und steht auf derselben Grundlage, wie der Ausspruch des Aristides, Themistokles habe dem Xerxes befohlen, wie ein Kommandant seinen Untergebenen, erst die Hellenen anzugreifen, dann zu fliehen, non tam Aristidem vituperat quam Ephorum: apud eum enim Themistoclem iussisse Xerxem fugere ex Iustini verbis concludere possumus.

Cum verbis Aristidis ᾔει τὴν αὐτήν, οὐ μετὰ τοῦ αὐτοῦ σχήματος conferamus Iustin. II, 13, 10. *piscatoria scapha trepidus traiecit. Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix aequor omne capiebat, carentem omni etiam servorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terris graves erant.*

Quae de Mardonii et Lacedaemoniorum legationibus Athenas missis Aristides I, 250, 251; III, 355 narrat, ea explicaturus similia affero ab Isocrate, Plutarcho, Iustino prolata.

Isocr. IV, 94.	Arist. III, 355.
ἐξὸν αὐτοῖς μὴ μόνον τοὺς παρόντας κινδύνους διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τιμὰς ἐξαιρέτους λαβεῖν, ἃς αὐτοῖς ἐδίδου βασιλεὺς ἡγούμενος, εἰ τὸ τῆς πόλεως προσλάβοι ναυτικόν, παραχρῆμα καὶ Πελοποννήσου κρατήσειν, οὐχ ὑπέμειναν τὰς ἐκείνου δωρεάς.	τὸν μὲν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἀντὶ τῶν κατὰ τῶν Ἑλλήνων δωρεῶν ἐδέξαντο. I, 250. μόνοις ἐθάρρει μᾶλλον ἢ πᾶσιν οἷς εἶχεν, εἰ πείσειεν.

Plut. Arist. 10.
καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίους καταστήσειν ἐκποδὼν τοῦ πολέμου γενομένους.

Iustin. II, 14, 2.
Athenienses quoque in spem pacis amicitiamque regis sollicitat.

Arist. I, 250.
ἐπὴν χρήματα ὑπὲρ πάνθ' ὅσ' ἐν Ἕλλησι.

I, 233.
εἰ γὰρ τότ' ἐκεῖνοι ... ἐκποδὼν ἔστησαν.

I, 249.
ἐδόκει δὴ τῷ βασιλεῖ . . . πειρᾶσθαι τῆς πόλεως.

I, 252. s. f. *ὁ μὲν διὰ Μαρδονίου καλῶν ἐπὶ τούτοις.* I, 251. *ἀλλ' ἐλθόντων τῶν Λακεδαιμονίων περιφόβων.* Adiectivum *περίφοβος* iam supra ex Diodori XI, 19, 6 et Plutarchi Them 16 (Arist. 10) consensu Ephoro tribuimus. Hic quoque locis Aristidis cum Isocratis, Plutarchi, Iustini collatis puto posteriorum scriptorum auctorem agnosci Ephorum, Isocratis discipulum. Quamquam concedendum est Aristidem imprimis in eis, quae de promissis Lacedaemoniorum profert, similia habere Herodoteis; etiam Diodorum videri sequi Herodotum. Sed Diodorum haec ex Herodoto hausisse probabile non est, cum iam in sequentibus rebus prorsus abhorreat ab Herodoto. Mentionem enim facit (XI, 29) iurisiurandi, quod Athenienses a Graecis ante commissam pugnam Plataeensem praestitutum dicunt. De quo nihil invenitur apud Herodotum. (cf. Theop. frg. 167). Itaque verisimilius est etiam hoc loco Ephorum magnam partem hausisse ex Herodoto, ex Ephoro Diodorum et Aristidem. Ceterum quod Aristides I, 249 commemorat oracula Delphica praedixisse, si Athenienses a Persis starent, fore, ut Graeci perirent, non recte Haasius p. 30 erravisse Aristidem putat oraculum Delphicum dicentem, quamquam pertineat sine dubio ad illud, quod Herodotus VIII, 136 adumbraverit, et exaggeravisse, quod ex verbis Herodoti illud argumentum finxerit. Nam Aristidis verba certe non pertinent ad Herod. VIII, 136, sed ad Herod. VIII, 141: *ἀναμνησθέντες τῶν λογίων ὥς σφεας χρεών ἐστι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκλίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων.* Quae Ephorus Herodoto usus notasse videtur.

De senatore Atheniensi, qui, cum Persarum condiciones accipiendas esse censeret, una cum muliere lapidibus obrutus esse fertur, Aristides duobus locis diversa tradit III, 356 *πέμποντος δὲ πάλιν Μαρδονίου τοὺς λόγους . . . ἐπειδή τις εἶπεν ἐν τῇ βουλῇ δέχεσθαι,*

συλλεγέντες πάντες κατέλευσαν, αὐτοὶ μὲν αὐτὸν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Idem in Panathenaico ante pugnam Salaminiam factum esse narrat I, 243. (*οἱ δὲ Ἀθηναῖοι*) *ἐπειδή τις ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς χρὴ συγχωρεῖν, αὐτοὶ μὲν αὐτὸν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα ἐπελθοῦσαι διέφθειραν ἐκ χειρός.* Qua in re consentit cum Demosthene 18, 204: *οἳ καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν εἰς τὰς τριήρεις ἐμβάντες ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ κελευόμενον ποιῆσαι, τὸν μὲν ταῦτα συμβουλεύσαντα Θεμιστοκλέα στρατηγὸν ἑλόμενοι, τὸν δ' ὑπακούειν ἀποφηνάμενον Κυρσίλον καταλιθώσαντες, οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμέτεραι τὴν γυναῖκ' αὐτοῦ,* et Cicerone de off. III, 11, 48 *Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere statuerentque, ut urbe relicta coniugibus et liberis Troezene depositis naves conscenderent, Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt.* Verum rectius rem exponi III, 356 nec nisi errore ad priora tempora referri probatur Herodoti narratione IX, 5, a quo non dissentit Lycurgus Leocr. 122. Nam etsi Lycidam senatorem illum appellat Herodotus, Cyrsilum Demosthenes et Cicero, tamen unum eundemque esse intellegendum senatorem crudeli supplicio affectum facile apparet. Comparari potest, quod Isocrates quoque IV, 94 pacis condiciones, quae Mardonii erant, tamquam ante pugnam Salaminiam propositas memorat. Eodem modo Demosthenes Cyrsilum Salamine necatum videtur putavisse. Quod autem et Demosthenes et Cicero et Aristides psephisma Themistoclis de urbe relinquenda et necem Cyrsili coniungunt, indicio est Demosthenis locum et a Cicerone et ab Aristide in Panathenaico exscribi, cum III, 356 Aristides Ephorum secutus res ex ordine, quomodo apud Herodotum traduntur, exponat.

De pugna Plataeensi pauca tradit Aristides; Lacedaemonii enim in ea praemium virtutis abstulerant. Sed haec pauca apparere puto Ephoro deberi.

Plut. Arist. 19, 2.	Arist. I, 254.
καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις παντάπασιν ἀργῶς πρὸς τειχομαχίαν καὶ ἀπείρως ἔχουσιν κτλ.	*καὶ δεῖσαν τειχομαχίας, ὅσον αἰσχυνθείη τις ἂν εἰπεῖν οἱ ἄλλοι πρὸς αὐτοὺς ἦσαν . . .*
Iustin. II, 14, 5.	
Nam victus Mardonius veluti ex naufragio cum paucis profugit.	*οἱ δ' ὥσπερ ἐκ ναυαγίας ἄοπλοι καὶ ἀσύντακτοι . . . ἐκ πολλῶν ὀλίγοι καὶ πολλοὶ κατ' ὀλίγους ἐξεχώρησαν.*

Diod. XI, 32, 4.
ἡμιλλῶντο γὰρ πρὸς ἀλλήλους οἱ τῆς Ἑλλάδος ἡγούμενοι Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι.

Arist. III, 354.
ἔδειξε μὲν ἡ Πλαταιᾶσι μάχη, ἐν ᾗ μόνους Λακεδαιμονίους ἐφαμίλλους ἔσχον.

Ex eodem fonte haec petiverunt Aristides, Diodorus, Iustinus. Iustinus tamen erravit, cum diceret Mardonium fugisse; qui iam in pugna ceciderat. Is error facile committi poterat ex verbis, qualia apud Diodorum XI, 31 invenimus: τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν μετὰ Μαρδονίου (ταχθέντες Ἕλληνες) εἰς τὰς Θήβας ἀνεχώρησαν.

Sequuntur res sub Atheniensium auspiciis gestae et foedus Deliacum Aristide auctore factum.

Diod. XI, 37, 4.
συνέβη τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους εἰς τὴν Λακωνικὴν ἀποπλεῦσαι, τοὺς δὲ Ἀθηναίους μετὰ τῶν Ἰώνων καὶ τῶν νησιωτῶν ἐπὶ Σηστὸν ἀπᾶραι.

Arist. I, 263.
ὥστε καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν πρώτοις τῶν ἔργων παρεγένοντο, ἔπειτ' ἀπῆραν, ὥσπερ πτηνοῖς ἀκολουθεῖν οὐ δυνάμενοι . . . οἱ δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἔχοντες . . . τούτοις ἐχρῶντο ἀποχρῶσι.

Diod. XI, 47.
Ἀριστείδης συνεβούλευσε τοῖς συμμάχοις ἅπασι . . . τάξαι φόρον ταῖς πόλεσι πάσαις κατὰ δύναμιν . . . διὸ . . . μεγίστην ἐπὶ δικαιοσύνῃ δόξαν ἐκτήσατο καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης δίκαιος ἐπωνομάσθη.

Arist. I, 297.
οἱ μὲν οὕτως ἕκαστα διεῖλον ὥστε τὸν διοικήσαντα παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι δίκαιον κληθῆναι μόνον Ἑλλήνων ἀπὸ τούτου.

Plut. Arist. 24.
Οἱ δ' Ἕλληνες . . . ταχθῆναι δὲ βουλόμενοι κατὰ πόλιν ἑκάστοις τὸ μέτριον ᾐτήσαντο παρὰ τῶν Ἀθηναίων Ἀριστείδην, καὶ προσέταξαν αὐτῷ χώραν τε καὶ προσόδους ἐπισκεψάμενον ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ δύναμιν.

Arist. III, 238.
ὁ μὲν γὰρ (Ἀριστείδης) τὸ σύμμετρον τάξας ἑκάστοις οὕτως εὐδοκίμησεν, ἐγὼ δ' οὔτε πλέον οὔτ' ἔλαττον οὐδενὶ πώποτε.

Haec Haasius (p. 47) ad Plutarchum refert; neque vero vidit Aristidem hic non modo non magnopere consentire cum Plutarcho, sed in una re a Plutarcho abhorrere. Plutarchus enim Iusti cognomen Aristidi inditum non a tributorum aestimatione repetit, sed iam pridem datum ei fuisse refert, priusquam in exsilium missus esset. (Arist. c. 7.)

De Themistoclis fuga et morte prorsus consentiunt Diodorus et Aristides.

Diod. XI, 54.

Λακεδαιμόνιοι δὲ ὁρῶντες τὴν μὲν Σπάρτην διὰ τὴν Παυσανίου τοῦ στρατηγοῦ προδοσίαν ταπεινῶς πράττουσαν, τοὺς δὲ Ἀθηναίους εὐδοκιμοῦντας διὰ τὸ μηδένα παρ' αὐτοῖς πολίτην ἐπὶ προδοσίᾳ κατεγνῶσθαι, ἔσπευδον τὰς Ἀθήνας ταῖς ὁμοίαις περιβαλεῖν διαβολαῖς . . . διελέγοντο δὲ καὶ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Θεμιστοκλέους, παροξύνοντες αὐτοὺς πρὸς τὴν κατηγορίαν.

Arist. III, 400.

συμβάντων γὰρ τῶν περὶ τὸν Παυσανίαν, ἅμα μὲν εἰς ἀθυμίαν ἐμπεσόντες καὶ βουλόμενοι συνεπισπᾶσθαι τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα δὴ μὴ μόνοι τῆς αἰσχύνης συναπολαύοιεν . . . . διώκειν μετὰ σφῶν ἐκέλευον.

Haasius, qui (p. 45 et p. 18) nihil nisi verba Aristidis συμβάντων τῶν περὶ Παυσανίαν et verba Plutarchi (Them. 23) τὰ περὶ Παυσανίαν συμπεσόντα componit, demonstrat etiam Plutarchum usum esse Ephoro.

Diod. XI, 58, 2.

φασὶ τὸν Ξέρξην ἐπιθυμήσαντα πάλιν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα παρακαλεῖν τὸν Θεμιστοκλέα . . . παραχρῆμα τελευτῆσαι . . . τὸν δὲ Θεμιστοκλέα διὰ τῆς ἰδίας τελευτῆς ἀπολογίαν ἀπολιπεῖν καλλίστην, ὅτι καλῶς ἐπολιτεύθη τὰ πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

Arist. III, 362.

ἐπειδὴ ἔδει στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, προὔκρινε τελευτᾶν, ἔργῳ μὲν ἅπασαν λύσας αἰτίαν, δείξας δ' ὁπόσου τιμᾶται τὰς πρότερον πράξεις καὶ τὰ πολιτεύματα.

De pace Calliae, quae vocatur, identidem agit Aristides.

I, 267. ἐκ δὲ τῶν τῆς πόλεως ἀγώνων καὶ ἀποστόλων εἰς τοῦτο κατῆλθεν ὥσθ' ὡμολόγησε δυοῖν μὲν ὅροιν εἴσω μηκέτι πλευσεῖσθαι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν Χελιδονέας, πρὸς δὲ ἄρκτον Κυανέας θέμενος, θαλάττης δ' ἀφέξειν ἶσον πανταχῇ σταδίους πεντακοσίους.

I, 294. ἡ μέν γε τῆς πόλεως ἐπιτάττει τῷ βασιλεῖ κἀκεῖνόν φησι δεῖν τὸ κελευόμενον ποιεῖν· οὐ γὰρ ἐᾷ πλεῖν εἴσω Χελιδονέων καὶ Κυανέων, εἰ δ' ἐπὶ τῇ ἵππῳ μέγα φρονεῖς, οὐδὲν μᾶλλον ἐλᾷς

ἄχρι θαλάττης, ἀλλ' αὐτῆς, φησί, τῆς ἵππου δρόμον ἡμέρας τῆς θαλάττης ἀποσχήσεις.*) Priorem locum I, 267 scholiasta ad Demosth. XIX, 273 verbo tenus exscripsit, pariter Demosthenis verba ad Aristidis locum scholiasta adnotavit. Inde post ὅροιν in scholio ad Demosthenem addendum εἴσω, post δυοῖν autem retinendum est μέν, quod Sauppius mutavit in ἐντός.

Iam comparemus hos locos

Diod. XII, 2, 1.	Plut. Cim. 13, 20.	Arist. I, 267.
ἐπὶ τοσοῦτο ἐταπείνωσεν ὥστε . . .	τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως ὥστε . . .	εἰς τοῦτο κατῆλθεν ὥστε . . .

Plut. Cim. 13, 20 ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάττης.	Arist. I, 294 ἀλλ' αὐτῆς, φησι, τῆς ἵππου δρόμον ἡμέρας τῆς θαλάττης ἀποσχήσεις.

I, 267. θαλάττης δ' ἀφέξειν ἴσον πανταχῇ σταδίους πεντακοσίους. Nemo neget uno scriptore usos esse Plutarchum, Diodorum, Aristidem, neque dubito fuisse eum Ephorum, Isocratis discipulum, quem de pace Calliae tantopere ab Isocrate celebrata tradidisse Diodorus testis est XII, 4. De eadem pace scribit Diodorus XII, 26: οἱ μὲν γὰρ Πέρσαι διττὰς συνθήκας εἶχον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, τὰς μὲν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους αὐτῶν, ἐν αἷς ἦσαν αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδες πόλεις αὐτόνομοι, πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ὕστερον ἐγράφησαν, ἐν αἷς τοὐναντίον ἦν γεγραμμένον ὑπηκόους εἶναι τοῖς Πέρσαις τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις inepte usus Demosthene XV, 29: εἰσὶ συνθῆκαι τοῖς Ἕλλησι διτταὶ πρὸς βασιλέα, ἃς ἐποιήσατο ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα, ἃς ἅπαντες ἐγκωμιάζουσι, καὶ μετὰ ταῦθ' ὕστερον Λακεδαιμόνιοι ταύτας ὧν δὴ κατηγοροῦσι· inepte dico, quod Demosthenes dicit de pace Calliae et de pace Antalcidae, quae nondum facta erat, quo tempore Diodorus Persas et Lacedaemonios ea usos esse scribit.

De bello Messenio deque inimicitiis inter Lacedaemonios et Athenienses ortis haec comparari possunt.

Diod. XV, 66, 4.	Arist. I, 273.
σεισμοῦ μεγάλου γενομένου . . .	γενομένου γὰρ τοῦ περὶ τὴν Λακωνικὴν σεισμοῦ . . .

*) Holleck, coniectanea critica in Ael. Aristidis Panathenaicum. Dissert. inaug. Vratisl. 1874, p. 33 ex I, 349 scribere vult ἡμερήσιον, sed cum etiam apud Demosthenem XIX, 273 legamus ἡμέρας, non licet quidquam mutare. Haasius neglexit hunc locum (Arist. I, 294) p. 84, ubi dicit: pro Demosthenis autem et Plutarchi vocibus ἵππου δρόμον (ἡμέρας) Aristides tradidit πεντακοσίους σταδίους, Aristidem id suo ipsius ingenio ex illis verbis mutasse, hoc ponere licere non videtur!

Diod. XI, 63, 1.	Arist. III, 258.
ἐν γὰρ τῇ Σπάρτῃ γενομένων σεισμῶν μεγάλων . . .	*καὶ ἅμα τῶν σεισμῶν ἐπικειμένων.*
XI, 64	II, 148.
οἱ δὲ Ἀθηναῖοι δόξαντες ἑαυτοὺς ἠτιμάσθαι.	*βοήθειαν δ' εἰς Ἰθώμην ᾔτησαν μέν, ἐλθοῦσαν δ' ἀπέπεμψαν ἀτίμως.*

Adde Iustin. III, 6, 1.

Etiam in eis, quae de sequentibus rebus narrat Aristides, magis cum Diodoro congruit quam cum Thucydide (I, 105). Nam et ordo rerum idem est Arist I, 269 atque Diod. XI, 79 et verba similia (cf. Diod. XI, 79 *πάλιν ἐνίκησαν Ἀθηναῖοι*, Aristides: *ἐνίκων αὖθις ἑτέραν*, Thucydides neque de victoriis certis loquitur neque vocabulis *πάλιν* vel *αὖθις* utitur).

Gravissimum autem indicium, unde probetur Aristidem non Thucydide, sed Ephoro usum esse ea praestant, quae de pugna apud Tanagram facta narrantur. In ea pugna fortiter utrimque pugnatum esse, victoriam fuisse ancipitem narrant Arist I, 271; Diod. XI, 80, 6; (Plato Menex. 242 B.) Iustin. III, 6, 9: *diu varia victoria fuit; ad postremum aequo Marte utrimque discessum.* Aliter rem exponit Thuc. I, 108. *Γενομένης δὲ μάχης ἐν Τανάγρᾳ τῆς Βοιωτίας ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι.* Cum quo facit Plut. Cim. 17. *νενικημένοι γὰρ ἐν Τανάγρᾳ μάχῃ μεγάλῃ καὶ προσδοκῶντες εἰς ὥραν ἔτους στρατιὰν Πελοποννησίων ἐπ' αὐτοὺς ἐκάλουν ἐκ τῆς φυγῆς Κίμωνα.* Certe Plutarchum non adhibitum esse ab Aristide hinc satis intellegimus.

Etiam de bello Samio quae identidem memorat Aristides, Diodoreae narrationi similiora sunt quam Thucydideae.

Diod. XII, 28, 1.	Arist. III, 225 s. f.
φρονήματος ἐπληροῦντο . . . ὁ δὲ Περικλῆς εὐθὺς ὑπέστρεψε.	*καὶ μετὰ ταῦτ' ἀπελθόντος αὐτοῦ θαρρήσαντες ἐπεξελθεῖν . . . ἀναστρέψας αὖθις.*

Thuc. I, 117. *Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Σάμιοι ἐξαπιναίως ἔκπλουν ποιησάμενοι . . . ἐλθόντος δὲ Περικλέους πάλιν ταῖς ναυσὶ κατεκλῄσθησαν.*

Denique tricennale foedus, quod ab Atheniensibus victoribus factum esse dicit (I, 274 *ᾧ καὶ δῆλον, ὡς κρατοῦσα τὴν εἰρήνην συνέθετο.*) convenit Iustini testimoniis III, 6, 13. *Spartanorum agros vastaverunt et multas civitates Atheniensium imperio adiecerunt.*

III. 7, 1. His malis fracti Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem. Locum Arist. I, 274 *ἡγουμένη πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους δεῖν πολεμεῖν ἄχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας ἁπλῶς μέχρι τοῦ κρείττονος* cum locis Menexeni Platonici et Diodori iam supra contuli p. 8.

Breviter deinde attingit Aristides Argivos, qui inter se dissenserint, ab Alcibiade commotos in gratiam rediisse, I, 332. *Ἀργείους μὲν γὰρ στασιάζοντας ἐν αὑτοῖς ἔπαυσε.* Idem legimus Diod. XII, 81, 2. *Ἀθηναῖοι δὲ ἑλόμενοι στρατηγὸν Ἀλκιβιάδην καὶ δόντες αὐτῷ ναῦς εἴκοσι, προσέταξαν συγκατασκευάσαι τοῖς Ἀργείοις τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν· ἔτι γὰρ ἦσαν ἐν ταραχαῖς διὰ τὸ πολλοὺς ὑπολελεῖφθαι τὴν ἀριστοκρατίαν αἱρουμένους . . συγκατασκευάσας βεβαίως τὴν δημοκρατίαν, ἀπέπλευσεν εἰς τὰς Ἀθήνας.* Thucydides (V, 84) rem ipsam narrat, de republica Argivorum ordinata vel pacata diserte non loquitur.

Diod. XIII, 36.

συμμάχου δὲ ὄντος τοῖς Λακεδαιμονίοις Δαρείου, τοῦ Περσῶν βασιλέως, Φαρνάβαζος ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττης τόπων ἔχων τὴν στρατηγίαν ἐχορήγει χρήματα τοῖς Λακεδαιμονίοις· μετεπέμψατο δὲ καὶ τὰς ἐκ Φοινίκης τριήρεις τριακοσίας, διαλογιζόμενος ἀποστεῖλαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὴν βοήθειαν. Diod. XIII, 37. *οὐκέτι γὰρ τοὺς Ἀθηναίους οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον χρόνον οὐδεὶς ἤλπιζε τοιαῦτα ὑποστήσεσθαι. οὐ μὴν τὰ πράγματά γε τῇ τῶν πολλῶν ὑπολήψει τέλος ἔσχεν ἀκόλουθον, ἀλλ' εἰς τοὐναντίον πάντα . . . μεταπεσεῖν συνέβη.*

Arist. I, 280.

Προσγενομένου δὲ κἀκείνου μάλα ἀσμένως, καὶ συμπολεμοῦντος καὶ σώμασι καὶ ναυσὶ καὶ χρυσῷ καὶ τίνα γῆς ἢ θαλάττης οὐ παρέχοντος ἀφορμὴν τῷ πολέμῳ;

ἦν μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ἤλπισεν, ἔξωθεν οὑτωσὶ σκοπῶν, ἀναρπασθήσεσθαι νῦν ἤδη τὴν πόλιν . . . οἱ δ' οὕτω μετέστησαν τὰ πράγματα ὥσπερ ἁπάντων τούτων ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτῶν γιγνομένων.

De eadem re dicit Demosth. IX, 47. *οἷοί ποτ' ἦσαν Λακεδαιμόνιοι, οἳ θαλάττης μὲν ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης, βασιλέα δὲ σύμμαχον εἶχον, ὑφίστατο δ' οὐδὲν αὐτούς, ἀλλ' ὅμως ἠμύνατο κἀκείνους ἡ πόλις καὶ οὐκ ἀνηρπάσθη.* Cuius loci memorem fuisse Aristidem ipsa eius verba ostendunt.

Iustin. V, 3.	Diod. XIII, 34; 38.	Arist. I, 280.
Intestino malo patria liberata.	*καὶ τὸ σύστημα τῆς πολιτείας ἐκ τῶν πολιτῶν συνεστήσαντο.*	*κατεστήσαντο μὲν τὰ οἴκοι, ἐκράτησαν δὲ τοὺς ἔξω, διέλαβον δὲ τροπαίοις τὸν Ἑλλήσποντον, ἄλλους ἄλλοσε καταδιώκοντες.*

Referuntur haec ad res a Diodoro XIII, 39 ss. narratas. Nam inter Abydum et Sestum Lacedaemonios vicerunt Athenienses et persecuti sunt; deinde Thrasybulus tropaeum posuit Diod. XIII, 40, 6; 45 s. Dorieus oppressus ab Atheniensibus Dardanum fugit, Mindarus, qui ei auxilio venit, fusus est. Athenienses alterum tropaeum ponunt. Diod. XIII, 47, 1. Deinde apud Cyzicum pugnatum est contra Lacedaemonios et auxilia regis Persarum; Athenienses splendidam victoriam reportaverunt. Arist. I, 281; Diod. XIII, 50. Cum verbis Aristidis *τὴν βασιλέως χορηγίαν* cf. Diod. XIII, 36, 3 *Φαρνάβαζος ἐχορήγει χρήματα.* Quam post pugnam Lacedaemoniorum legatos Athenas venisse pacem oraturos ut apud Aristidem legitur I, 281 *οἱ δ' ἀπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων πλεονεκτημάτων ὁρμώμενοι πληγέντες κατέφυγον εὐθὺς ἐπὶ τὴν εἰρήνην* ita apud Diodorum XIII, 52, 2 *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ὡς ἤκουσαν τὴν περὶ Κύζικον αὐτοῖς γενομένην συμφοράν, πρέσβεις ἐξέπεμψαν εἰς Ἀθήνας ὑπὲρ εἰρήνης, ὧν ἦν ἀρχιπρεσβευτὴς Ἔνδιος*, et Iustinum V, 4, 4. *His malis fracti pacem petiere.* Nihil de ea re tradit Xenophon.

Pugnam apud Arginusas factam eodem fere modo narrat Aristides I, 283 quo Diodorus XIII, 97. Quae de Athenis captis, XXX viris constitutis et expulsis a Diodoro, Iustino, Nepote, Aristide traduntur, ex Ephoro deprompta esse inde intellegimus, quod et inter se et cum Isocrate congruunt. Arist. I, 287; Diod. XIV, 1, 2, 3, 32, 33; Iustin. V, 8, 8 ss.; Cornel. Nep. Thras. Isocr. VII, 66.

Diod. XIV, 33, 6.	Arist. I, 288 s. f.
διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοντο.	*ἀνεκτήσαντο τὴν πόλιν.* II, 372. *τὴν πόλιν δὲ ἐκομίσαντο καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν.* cf. Nep. Thrasyb. 3. *reipublicae procuratio populo redderetur.*

Sequitur bellum Boeotium et Corinthium. Atque de foedere Athenienses inter et Thebanos icto ante pugnam apud Haliartum commissam Aristides p. 291 agit; de quo quae retulerunt Diodorus et Plutarchus non ex Xenophonte, sed ex Ephoro hauserunt; cf.:

Plut. Lys. 29.	Diod. XIV, 81, 3.
ὁ Παυσανίας . . . ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ὀπίσω.	*Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς . . . τὴν δύναμιν ἀπήγαγε πρὸς Πελοπόννησον.*

Plutarchus igitur Ephorum secutus — neque enim apud Xenophontem res memoratur — tradit Athenienses Thebanis auxilio venisse, urbem eorum tutatos esse, cum contra Lysandrum pugnarent, postridie Thebis Haliartum profectos esse contra Pausaniam. Aristides autem hic potius Demosthenis locum in suum usum vertit:

Dem. XVIII, 96.	Arist. I, 291.
οὐ ναῦς οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης ἐξήλθετ' εἰς Ἁλίαρτον καὶ πάλιν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον εἰς Κόρινθον.	*οὐδ' αὖ τὴν ἀκαιρίαν κατεμέμψατο τῷ μήτε ναῦς μήτε τεῖχος ἔχειν πω τότε . . . ἐξελθόντες εἰς Ἁλίαρτον ἐναντία Λυσάνδρῳ . . . οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ Κορινθίους . . . βοηθοῦσιν εἰς Κόρινθον.*

Quae addit Aristides I, 292 *κάλλιστον ἐκεῖνο ἐπέθηκαν· ἔχοντες γὰρ τὸν Ἀκροκόρινθον καὶ παρὸν αὐτοῖς κατασχεῖν τὴν πόλιν, ἡνίκ' ἐβούλοντο, οὐκ ἐδέξαντο οὐδ ἐβουλεύσαντο*, conferantur eis, quae Diodorus XIV, 92 refert. Argivi, socii Atheniensium arcem Corinthiorum occupaverunt. Iphicrates urbem quoque capere conatus est; quod populus Atheniensis facere eum vetuit et loco eius Chabriam ducem Corinthum misit. Pariter p. 299 *καὶ πάντα τὸν περὶ Θρᾴκην τόπον δι' αὐτῶν ἐποιήσαντο, ἐνίκησαν δὲ τοὺς ἐπιλοίπους τῶν ἁρμοστῶν καὶ τὰς φρουρὰς ἐν Μηθύμνῃ καὶ πρὸς Ἀβύδῳ. τοσοῦτον δ' αὐτοῖς περιῆν ὥστε καὶ τοὺς Θρᾳκῶν βασιλέας διήλλαξαν* eadem continent, quae Diodorus persequitur XIV, 94 de Thrasybuli expeditione in Ioniam et Thraciam, qua Medocum et Seuthem reges Thraciae socios fecit, Therimachum Spartanum Methymnae harmostam et Methymnaeos non paucos interfecit.

De pace, quae vocatur Antalcidae, saepius verba facit Aristides I, 294; I, 300; II, 96; II, 188; neque unde sua hauserit, latet.

Iustin. VI, 5, 7.	Diod. XIV, 110, 2.	Arist. I, 292.
atque ita undique belli formidine circumstrepente clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur.	*τούτων δὲ τὴν ἀρχὴν παρειληφότων Λακεδαιμόνιοι κακοπαθοῦντες τῷ πολέμῳ . . . Ἀνταλκίδαν τὸν ναύαρχον ἐξαπέστειλαν κτλ.*	*καὶ τέλος εἰς τοῦτ' ἀπορίας κατέστησαν Λακεδαιμονίους ὥστ' ἐπὶ τὸν Περσῶν βασιλέα πάλιν καταφεύγουσι.*

Diod. XIV, 110, 4.	Arist. I, 300.
καθ' αὑτοὺς δὲ οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι κατ' ἀνάγκην συνεχώρησαν καὶ προσεδέξαντο τὴν εἰρήνην.	τήν τε γὰρ εἰρήνην ἔσχατοι τῶν Ἑλλήνων συνεχώρησαν καὶ οὐ πρότερον πρὶν ἔγνωσαν ὅτι οὐ μόνον Λακεδαιμονίοις ἅμα καὶ βασιλεῖ καὶ Σεύθῃ καὶ Διονυσίῳ καὶ Πελοποννησίοις ἀνάγκη πολεμεῖν κτλ.

Xenophonte usus non est Aristides, cum habeat V, 1, 29: οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι, ὁρῶντες μὲν πολλὰς τὰς πολεμίας ναῦς, φοβούμενοι δὲ μὴ ὡς πρότερον καταπολεμηθείησαν, συμμάχου Λακεδαιμονίοις βασιλέως γεγενημένου, πολιορκούμενοι δ' ἐκ τῆς Αἰγίνης ὑπὸ τῶν λῃστῶν, διὰ ταῦτα μὲν ἰσχυρῶς ἐπεθύμουν τῆς εἰρήνης. Neque quicquam invenimus apud Xenophontem de Seuthe aut de Dionysio. Sed apud Diod. XIV, 106 legimus Dionysium superavisse Rheginos, tum (Diod. XIV, 109) rhapsodos cum maximo apparatu ad ludos Olympicos misisse, ut carmina sua recitarent, sed sibilis eos exceptos et a Lysia oratore ignominia affectos esse. Quod cum anno 387 factum sit, verisimile est tum periculum fuisse, ne Dionysius Atheniensibus bellum inferret. Aristides Leuctr. I (II, p. 96) γέγραπται γὰρ ἐν αὐτῇ δή που τοὺς τὴν Ἀσίαν αὐτὴν οἰκοῦντας Ἕλληνας ὅ τι ἂν βούληται βασιλεὺς ἐξεῖναι δρᾶσαι adeo congruit cum Demosthene XXIII, 140 πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν Λακεδαιμονίοις μὲν ἐγκαλεῖν ὅτι τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἔγραψαν ἐξεῖναι δρᾶσαι πᾶν ὅ τι ἂν ἐθέλῃ βασιλεὺς, αὐτοὺς δ' ἐκδοῦναι καὶ τοὺς τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντας Κερσοβλέπῃ, ut verisimile sit Aristidem hunc locum ex Demosthene sumpsisse.

De Cadmea a Phobida occupata in or. Leuctrica I (II, p. 124) haec profert: ὅτε Φοιβίδας ἠγγέλθη τὴν Καδμείαν κατειληφὼς — ὁ δὲ Φοιβίδας ἐστί μοι Λακεδαιμόνιοι — Quibus satis convenit Diodori narratio XV, 20, 2: διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελον ἐν ἀπορρήτοις, ἵν' ἐάν ποτε καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν Καδμείαν . . . Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης . . . κατελάβετο τὴν Καδμείαν. Aliter rem exponit Xenophon Hell. V, 2, 32: ηὗρε δ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐφόρους καὶ τῆς πόλεως τὸ πλῆθος χαλεπῶς ἔχοντας τῷ Φοιβίδᾳ, ὅτι οὐ προσταχθέντα ὑπὸ τῆς πόλεως ταῦτα ἐπεπράχει. Etiam in eis, quae secuta sunt, non Xenophontem sequitur Aristides, sed Ephorum.

Diod. XV, 27, 2.
διόπερ οὗτοι μὲν ὑπόσπονδοι καθ' ὁμολογίαν ἀφεθέντες εἰς τὴν Πελοπόννησον ἀπηλλάγησαν.

Arist. I, 301.
ἀλλ' ἐκβαλόντες τὴν φρουρὰν καὶ τοὺς ἁρμοστὰς ὑποσπόνδους.

Arist. II, 238. καὶ Λακεδαιμονίους ὑποσπόνδους ἀπηλλάξαμεν. Aliter Xenoph. Hell. V, 4, 11. φοβηθέντες εἶπον, ὅτι ἐπίοιεν ἄν, εἰ σφίσιν ἀσφάλειαν μετὰ τῶν ὅπλων ἀπιοῦσι διδοῖεν· οἱ δὲ ἄσμενοί τε ἔδοσαν ἃ ᾔτουν καὶ σπεισάμενοι καὶ ὅρκους ὀμόσαντες ἐπὶ τούτοις ἐξέπεμπον.

De rebus post foedus Nausinico archonte factum gestis paucissima notat Aristides I, 302 στρατηγούς τε φοβερωτέρους ἐκείνοις ἀντεπιστήσαντες ἢ 'κεῖνοι τοὺς σὺν Ἀγησιλάῳ παρείχοντο. Duces dicit Timotheum, Chabriam, Callistratum, quos nominat Diodorus XV, 29, 6; 32, 5.

Pergit Arist. I, 302 ὧν τί παρεὶς τίνος μνησθῶ; πότερον τῆς ἐν Νάξῳ ναυμαχίας ἔργον τοσοῦτον; Chabriae victoria apud Naxum reportata a Xenophonte non memoratur, memoratur a Diodoro XV, 34, 3: ἐγένετο μεγάλη ναυμαχία μεταξὺ Νάξου καὶ Πάρου. XV, 35: Χαβρίας μὲν οὖν ἐπιφανῆ ναυμαχίαν ναυμαχήσας.

Denique res post pugnam Leuctricam gestas si quas commemorat Aristides ex Ephoro hausisse cum duobus exemplis satis habebo probasse.

Diod. XV, 65, 4 et 5.
αὐτοὶ (οἱ περὶ Ἐπαμεινώνδαν) δὲ προσελθόντες τῇ πόλει παρεκαλοῦντο τοὺς Σπαρτιάτας εἰς παράταξιν, ἢ συνομολογεῖσθαι προσέταττον ἥττους εἶναι τῶν πολεμίων· ἀποκριναμένων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν, ὅτι καιρὸν λαβόντες εὔθετον διαγωνιοῦνται περὶ τῶν ὅλων, ἀπηλλάγησαν ἀπὸ τῆς πόλεως.

Arist. III, 233 et 234.
Λακεδαιμονίους ἀκούομεν δή που προσκειμένων αὐτοῖς ποτε Θηβαίων καὶ κελευόντων ἐξιέναι καὶ μάχεσθαι ἢ χείρους ὁμολογεῖν εἶναι σφῶν, ἀποκρίνασθαι . . . μαχεῖσθαι δὲ οὐκ ἐν τῷ τῶν πολεμίων καιρῷ οὐδ' ὅτ' ἐκεῖνοι κελεύουσιν, ἀλλ' ἡνίκ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ . . . καὶ ταῦτ' ἀπεκρίναντο καὶ ταῦτα ἐποίουν Ἀγησιλάου προεστηκότος αὐτῶν.

Haec Haasius (p. 48) opinatur ex Plutarcho sumpta esse. Sed cum apud Plutarchum Ages. 31: ὁ γὰρ Ἀγησίλαος . . . ἐκαρτέρει τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς μεγαλαυχίας τῶν Θηβαίων προκαλουμένων ἐκεῖνον ὀνομαστὶ καὶ διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρας κελευόντων Agesilaus solus ponatur, Aristides pro eo Lacedaemonios substituisse

putandus esset. Iam Diodori loco perlecto neminem censeo non intellecturum Aristidem in his non Plutarcho, sed eodem fonte quo Diodorum et Plutarchum, Ephoro dico, usum esse.

Diod. XV, 62.

οἱ δὲ Ἀρκάδες . . . παραλαβόντες Ἀργείους τε καὶ Ἠλείους, τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀπέστειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἀξιοῦντες συμμαχίαν ποιήσασθαι κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν · ὡς δ' οὐδεὶς αὐτοῖς προςεῖχε, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔπεισαν αὐτοὺς συμμαχίαν συνθέσθαι κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων.

Arist I, 303.

ἧκε δ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα (ad Athenienses) *διδοῦσα ἑαυτήν, κελεύουσα ἐπ' αἱρέσει τῆς Σπάρτης ἡγεῖσθαι · εἰ δὲ μή, Θηβαίοις ἠπείλουν προσθήσεσθαι.*

Nihil de ea re tradit Xenophon, Diodorus satis multa Ceterum quod Aristides dicit Lacedaemonios post pugnam Leuctricam se nunquam refecisse I, 286 *Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ ἐν Λεύκτροις ἀτυχήσαντες οὐκ ἀνήνεγκαν*, id ex Isocrate XII, 58 poterat sumere Ephorus, ex quo ceteri hauserunt.

Isocr. XII, 58. *Σπαρτιάτας δὲ μετὰ τὴν ἧτταν μηδ' ἐν πολλαπλασίῳ χρόνῳ δυνηθέντες καταστῆσαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτὴν ἕξιν, ἐξ ἧσπερ ἔπεσον.* Diod. XV, 1, 4. *Λακεδαιμόνιοι δὲ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἡγεμονίας οὐδέποτ' ἠδυνήθησαν ἀναλαβεῖν τὸ τῶν προγόνων ἀξίωμα.* Plut. Ages. 33. *οὐ μέντοι τήν γε δύναμιν καὶ τὴν δόξαν ἐδυνήθη τῆς πόλεως ἀναλαβεῖν ἐκ τοῦ πταίσματος.* Cornel. Ages. VII. *Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se nunquam refecerunt.*

Iam restat, ut ex aliis declamationibus nonnulla afferam, quae eadem ex Ephoro deprompta sunt.

fr. Diod. VIII, 28.

καὶ δή τι μέλος Τέρπανδρος ἀτέχνως κιθαρίσας αὐτοὺς πάλιν συνήρμοσε, Διόδωρος ὥς γράφει.

Arist. III, 305.

ὥστ' ἔμοιγε δοκεῖ τῆς Τερπάνδρου μᾶλλον ἂν εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι . . . ὁ μέν γε μίαν πόλιν τὴν Λακεδαιμονίων εἰς ταυτὸν ἤγαγεν, ὁ δὲ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἥρμοσε καὶ συνέστησε. Aristides *πᾶσαν*

ἤρμοσε dicit de Themistocle, cum Diodorus dicat συνήρμοσε de Terpandro.

Diod. XI, 20, 1.	Arist. II, 53.
οὗτος δὲ παραλαβὼν πεζάς τε καὶ ναυτικὰς δυνάμεις μεγάλας ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Καρχηδόνος, ἔχων πεζὴν μὲν δύναμιν οὐκ ἐλάττω τῶν τριάκοντα μυριάδων.	περιέπεσον δὲ Καρχηδόνιοι διαβάντες εἰς Σικελίαν μυριάσι πολλαῖς καὶ πεζῆς καὶ ναυτικῆς δυνάμεως.

Etiam in quinque declamationibus, quae dicuntur Leuctricae, Aristides multa ex Ephoro petiisse statuendus est: quem ex Plutarcho, de garrulit. cap. 22, p. 514, C (Ephori fragm. 143 ὡς τῶν παρ' ἡμῖν τις κατὰ τύχην ἀνεγνωκὼς δύο τῶν Ἐφόρου βιβλίων ἢ τρία, πάντας ἀνθρώπους κατέτριβε καὶ πᾶν ἀνάστατον ἐποίει συμπόσιον, ἀεὶ τὴν ἐν Λεύκτραις μάχην καὶ τὰ συνεχῆ διηγούμενος · ὅθεν Ἐπαμεινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν) colligere possumus et pugnam Leuctricam et ea, quae eam secuta sunt, copiose narravisse.

Iustin. V, 8, 4.	Arist. II, 83.
Negarunt se Spartani ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos.	μηδ' ἐκκόψωμεν τῆς Ἑλλάδος τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον.

Thucyd. IV, 41.	Diod. XII, 63, 4.	Arist. III, 432.
κομισθέντων δὲ τῶν ἀνδρῶν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλευσαν δεσμοῖς μὲν αὐτοὺς φυλάττειν.	οὗτοι μὲν οὖν ὑπὸ Κλέωνος τοῦ δημαγωγοῦ στρατηγοῦντος τότε δεδέντες ἤχθησαν εἰς τὰς Ἀθήνας.	ὁ δὲ (Κλέων) γε . . . καὶ δεδεμένους γε ἤγαγεν ἐν πέδαις Ἀθήναζε.

Utro usus sit Aristides auctore, Ephoro an Thucydide, apparet.

Quae de ostracismo dicit III, 398, ea censet Haasius (p. 47) ex Plutarcho sumpta esse; quem quidem Holzapfel (p. 92) et Fricke (Untersuchungen über die Quellen Plutarch's im Leben des Nikias und Alcibiades p. 30) Theopompo usum esse censent. Ego vero et Plutarchum et Aristidem exscripsisse Ephorum comparatis locis hisce effici puto:

Diod. XI, 55.	Arist. III, 398 et 399.
	ἦν δ' οὗτος ὁ νόμος · ἐκόλουον τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάντες ἔτη δέκα . . . ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι,
ἵνα τὰ φρονήματα τῶν ὑπερεχόντων ταπεινότερα γένηται διὰ τὴν φυγήν.	ὅτι ὑπὲρ τοῦ τὰ φρονήματα ἐπισχεῖν τοῦτο τὸ εἶδος τῆς φυγῆς ἐνόμισαν . . . δοκοῦσι γάρ μοι τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι

XI, 87, 2.
διελάμβανον ταπεινώσειν τὰ φρονήματα.

τὰς ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν γενομένας ἑαυτοῖς μηδένα βούλεσθαι μεῖζον ἐᾶν τῶν πολλῶν φρονεῖν. Antea Aristides (III, 398) *ἦν οὐ μῖσος οὐδ' ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτοὺς, ἀλλ' ἦν νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα.*

Plut. Arist. 7.
μοχθηρίας γὰρ οὐκ ἦν κόλασις *ὁ ἐξοστρακισμὸς, ἀλλ' ἐκαλεῖτο μὲν δι' εὐπρέπειαν ὄγκου καὶ* δυνάμεως *βαρυτέρας* ταπείνωσις *καὶ κόλουσις.*

Diod. XI, 87, 2.
καθόλου γὰρ οὐ πονηρίας κόλασιν *ἐλάμβανον παρὰ τῶν παρανομούντων, ἀλλὰ* δυνάμεως *καὶ αὐξήσεως τῶν ἀνδρῶν ἐποίουν* ταπείνωσιν.

Si Plutarchus usus esset Theopompo, idem de Diodoro XI, 87, 2 dicendum esset; in multis enim ad verbum consentiunt Diod. XI, 87, 2 et Plut. Arist. 7; praeterea putandus esset Aristides III, 398 partim ex Ephoro hausisse, in quibus cum Diod. XI, 55*) congruit, partim adhibuisse Theopompum aut Plutarchum, in quibus consentit cum Plutarcho. Utrumque parum verisimile est; quamobrem statuendum est Plutarchum, Diodorum (etiam XI, 87), Aristidem hausisse ex Ephoro. Quodsi etiam Plutarchus usus est Ephoro, non assentior Holzapfelio, qui dicit p. 43: Es scheint mithin der Ostracismus des Themistokles überhaupt der erste gewesen zu sein, der von Ephorus erwähnt wurde, denn sonst wäre die allgemeine Erörterung, welche wir bei Diodorus finden, nicht an dieser Stelle, sondern schon bei Erwähnung eines früheren Falles gegeben worden. Neque magis assentior Adolfo Schmidtio, qui in libro, qui inscribitur: Das Perikleische Zeitalter, Band I, Iena 1877 dicit: »Ephoros knüpft die Auseinandersetzung über das Scherbengericht deswegen an den Fall des Themistokles an, weil er dieselbe in diesem Zusammenhang bei Stesimbrotus gefunden hat, dem er bei der Erzählung von Themistokles Schicksalen gefolgt ist.«

Neque enim viri docti reputaverunt Diodorum omnino nihil dicere de Aristide usque ad XI, 29, 4, ubi iam revocatus et Atheniensibus dux praefectus esse dicitur neque quicquam ex libro decimo, in quo Diodorus fortasse narravit Aristidem expulsum esse, super-

*) Quin hic Diodorus usus sit Ephoro, Holzapfelius non dubitavit; dicit enim p. 92: denn einesteils finden wir bei dem Zeitgenossen Theopomps, Ephoros (Diod. XI, 55), eine ähnliche Auffassung.

esse nisi fragmenta. Quamobrem non est, quod miremur non antea nos apud Diodorum quicquam de ostracismo legere neque colligi potest ne Ephorum quidem prius de Aristide aut de ostracismo quicquam commemorasse. Iam si Plutarchus in vita Aristidis fusius de ostracismo dicens Ephoro usus est, verisimile est etiam Ephorum eodem loco de ostracismo exposuisse.

Iam afferam nonnulla alia, quibus probari possit Aristidem usum esse Ephoro.

Quod Kluegmannus in dissertatione de Ephoro scripta p. 33 dicit Ephorum proverbia permulta operi inseruisse, ut aut explicaret, unde orta essent, aut eorum usu ad popularem intellegentiam libros accommodaret: pariter apud Aristidem permulta inveniuntur proverbia, quorum magnam partem composuit Frommel*) p. 523 b s. v. proverbia. Itaque *τὴν Καδμείαν νίκην νικᾶν* invenimus Arist. I, 366; III, 235. Diod. XI, 12, 1; XIII, 97, 6. Deinde comparemus. Arist. III, 229: *ὁ Κρὴς δὴ τὸν πόντον.* (schol. ad locum: *ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν* Oxon.) cf. Ephorus frg. 64. *ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν.* Id proverbium neque ex ipso Alcaeo, quod Haasius dicit p. 58, neque ex ipso Alcmane sumptum esse puto, sed ex Ephoro, cuius in eodem fragmento alius Alcmanis versus commemoratur.

Ephorus frg. 23. schol. Plut. Ruhnk. p. 322.	Arist. I, 283.
Ὅτι Κᾶρες πρῶτοι δοκοῦσι μισθοφορῆσαι. Quapropter Homerus (Il. IX, 378), *ἐν Καρὸς αἴσῃ.* Et Archilochus *λέγων · Καὶ δὴ 'πίκουρος ὥστε Κὰρ κεκλήσομαι. Καὶ Ἔφορος ἐν ά Ἱστοριῶν.*	*ὥσπερ . . . ἐν δὲ τῷ Καρὶ καὶ οὐκ ἐν τοῖς αὑτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι.* III, 256: *οὐδ' ἐν Καρῶν σχήματι καὶ μοίρᾳ θρέψεσθαι, πολλὰ πράγματ' ἔχοντας, ὀλίγου καὶ ταῦτα μισθοῦ.*

Apud Polybium, quem Ephorum accurate legisse satis constat, invenimus X, 32, 11: *Δεῖ γὰρ ἐν Καρὶ τὴν πεῖραν, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, οὐκ ἐν τῷ στρατηγῷ γίγνεσθαι.*

Poetarum quoque locos Ephorus operi suo inseruit permultos. Quos Aristidem quoque transscripsisse uno quidem loco potest probari.

Arist. III, 214 et 215.

ὁ μὲν τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου γλῶτταν εἴρηκεν, λέ-

---

*) Scholia in Ael. Aristidis orat. Panathenaicam et Platonicas ed. G. Frommel, Francof. 1826.

Diod. XII, 40, 6

Περικλῆς οὑλύμπιος
ἤστραπτ', ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα . . .
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν·
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

γων μὲν ἴσον τι καὶ φωνήν, ἀναμίξας δέ τι τῆς παρὰ τῆς τέχνης πικρίας τοῖς ἀπὸ τῆς ἀληθείας. . . . ὁ δ' ἀστράπτειν καὶ βροντᾶν καὶ κυκᾶν αὐτόν φησι δημηγοροῦντα . . .
ὁ δὲ δὴ τρίτος ἀντικρὺς . . . . μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι.

Ut hos locos adferret, non commotus est Plutarchi auctoritate Aristides (quod dicit Haasius p. 65), sed Ephori. A quo Diodorus ipse testatur se illos versus petiisse: XI, 41, 1 *αἰτίαι μὲν οὖν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τοιαῦταί τινες ὑπῆρξαν, ὡς Ἔφορος ἀνέγραψεν.* Quamquam apud Diodorum non recte Eupolidi tribuuntur versus: *Περικλῆς οὑλύμπιος κτλ.*, qui sunt Aristophanis Acharn. 530. Tres igitur loci comicorum laudantur et apud Diodorum et apud Aristidem. Neque dubito, quin et Aristophanis locus (pax 602), quem primum habet Diodorus, et Cratini, quem citat Aristides, iam apud Ephorum adscripti fuerint.

Iam paucis verbis comprehendam, quid velim dissertatione mea demonstratum esse: *Aristides in rebus gestis narrandis in Panathenaico uno usus est Ephoro, in declamatione, quae inscribitur ὑπὲρ τῶν τεττάρων, fere uno*; in hac tamen concedo eum praeter Platonem, fortasse unum aut alterum scriptorem alium adhibuisse. Quod ita esse inde sequitur, quod Aristides nullo loco abhorret a Diodoro, omnibus locis, quibus congruit cum Herodoto aut Thucydide, cum eis scriptoribus etiam Diodorus congruit. Id non fortuito potest factum esse, sed ea re et confirmatur Volquardseni de Ephoro et Diodoro sententia et probatur etiam Aristidem ex uno Ephoro hausisse. Verbo hic commemorandus est locus, ubi declamator ipse fontem indicare videtur I, 280 s. f.: *διέλαβον δὲ τροπαίοις τὸν Ἑλλήσποντον, ἄλλους ἄλλοσε καταδιώκοντες, ὥσπερ μελέτας μᾶλλον ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἢ ναυμαχίας πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀεὶ ποιούμενοι· εἴρηταί τε καὶ ἐνεθυμήθην ὡς ἑτέρῳ προείρηται.* Ubi non videtur dubium, quin »*ἕτερος*« ille fuerit Ephorus; immo paene suspiceris loco *ἑτέρῳ* scribendum esse *Ἐφόρῳ*. Idem corrupti nominis exemplum

habemus in schol. mscr. biblioth. Leidensis ad Aristidis Panathenaicum 164, ubi pro ἕτερον scribendum Ἔφορον. Quamquam sententia ipsa mire inserta, qua quid facerent, scholiastae nesciebant, interpolatoris esse putaverim, qui simile enthymema ab Ephoro prolatum esse significare voluerit. Quo facilius potuit fieri, ut illa verba interpolata postea corrumperentur.

Quae igitur Aristides communia habet cum Herodoto aut Thucydide (ubi fere semper etiam Diodorum vidimus cum eis consentire), ea non ex ipsis illis scriptoribus sumpsit, sed ex Ephoro, qui usus erat Herodoto et Thucydide Xenophonte usum non esse Aristidem iam supra satis probavi. Uno quidem loco, quo Aristides congruit cum Xenophonte: Arist. I, 310 *τοῦτο δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα καλοῦντος, καὶ τοῦ πράγματος ἤδη ζέοντος, ἔσχον τὴν πεῖραν Ἀθηναίων στρατηγοὶ δύο, ὁ μὲν τὰς ἀπὸ Σικελίας ναῦς προςπλεούσας ἁπάσας λαβὼν αὐτοῖς ἀνδράσι*, cf. Xenoph. Hell. VI, 2, 35 *αἱ δὲ ἀπὸ Συρακουσῶν νῆες ἅπασαι ἑάλωσαν αὐτοῖς ἀνδράσιν*, e diserto scholiorum ad eum locum testimonio quod supra attuli p. 6 videmus non Xenophonte, sed Ephoro usum esse Aristidem.

Postremum est, ut quaeram, num Theopompo usus sit Aristides. Cuius ne unum quidem vestigium inveni in Aristidis Panathenaico. Praeterea non verisimile est Aristidem adhibuisse Theopompum, cuius legimus verba frgm. 167: *ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην οὐχ ἅμα πάντες ὑμνοῦσι γεγενημένην, καὶ ὅσα ἄλλα, φησὶν, ἡ Ἀθηναίων πόλις ἀλαζονεύεται καὶ παρακρούεται τοὺς Ἕλληνας*. Unde satis potest intellegi Theopompi libros non fuisse aptos ei, qui componere vellet Panathenaicum. Denique Cornelius Nepos (Alc. 11) *Theopompus*, inquit, *et Timaeus, qui quidem duo maledicentissimi nescio quomodo in illo uno laudando consenserunt.**) Atqui si Theopompus maledicentissimus unum laudavit Alcibiadem, nemo dixerit verisimile esse Aristidem ad defensionem illorum quattuorvirorum quicquam sumere potuisse ex Theopompo.

---

*) Libri hic habent *consuerunt*, Halmius scribit: *consentiunt*, Hauptius: *conspirant*; ego puto scribendum esse: *consenserunt*; nam et antea habemus tempus perfectum: *Hunc infamatum a plerisque tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui eiusdem aetatis fuit*, et postea: *namque ea, quae diximus, de eo praedicarunt.* Praeterea vocabulum *consenserunt* facilius corrumpi potuit in *consuerunt* quam *consentiunt* aut *conspirant.*

Coniectanea.

Arist I, 513. ἐπειδὴ γὰρ ἐκομίσθην ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, πολλὰ καὶ παντοῖα συνειλοχὼς τῷ σώματι ἀπὸ τῶν συνεχῶν καμάτων τε καὶ χειμώνων.

Neminem puto posse dicere ἀπὸ τῶν καμάτων τε καὶ χειμώνων.

Fere nihil mutantes locum possumus sanare, si scribimus κυμάτων τε καὶ χειμώνων. De eadem re narrat Arist. I, 539. ἡ δὲ ἐπεισέρρει πολλὴ κατὰ πρῷραν καὶ κατὰ πρύμναν ἡ θάλαττα, καὶ κατεκλυζόμην τῷ τε ἀνέμῳ καὶ τοῖς κύμασι, καὶ ταῦτα ἐγίγνετο ἡμέραν καὶ νύκτα.

Arist. I, 521. ἀλλά τις ἦν ἀλέα διηνεκής, δύναμιν φέρουσα ἴσην διὰ παντὸς τοῦ σώματός τε καὶ τοῦ χρόνου · παραπλησίως δὲ καὶ τὰ τῆς γνώμης εἶχεν. Ineptum videtur δια τοῦ σώματος καὶ τοῦ χρόνου: I, 520 s. fin. dicit Aristides χρὼς πᾶς ἤνθει καὶ τὸ σῶμα πάντῃ κοῦφον ἦν. Quod respicientes scribimus: διὰ παντὸς τοῦ σώματός τε καὶ τοῦ χρωτός.

Schol. ad Aristid Panath. 191, 2: λέγει καὶ ὁ Δημοσθένης · ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθε; is Demosthenis locus invenitur Dem. III, 20. Corrigendum est apud Schol. ad Arist. ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθαι.

Addo locum ex Demosthene exscriptum ab Aristide:

Dem. IX, 69	Arist. II, 625 (Dind.).
ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν τε μεῖζον ἄν τ' ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην καὶ κυβερνήτην καὶ πάντ' ἄνδρα ἑξῆς προθύμους εἶναι, καὶ ὅπως μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων μηδεὶς ἀνατρέψει, τοῦτο σκοπεῖσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἡ θάλαττα ὑπέρσχῃ, μάταιος ἡ σπουδή.	ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν τε μεῖζον ἄν τε ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην καὶ κυβερνήτην καὶ πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς πρόθυμον εἶναι, καὶ ὅπως μηδεὶς μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων ἀνατρέψει, τοῦτο σκοπεῖσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἡ θάλαττα ὑπέρσχῃ, μάταιος ἡ σπουδή.

Ubi utrum πρόθυμον in προθύμους mutandum sit necne, in medio relinquo.